


SEXTA
DISSERTATIO
BOTANICA.

SEXTA

DISSERTATIO BOTANICA.

De Camellia, Gordonia, Morisonia, Gossypio, Waltheria, Melochia, Mahernia, Hermannia, Urena, Halesia, Styrace, Galaxia, Ferraria, et Sisyrinchio.

Accedit Mantissa tertia.

41 Tabulis ære incisis ornata.

AUCTORE ANTONIO IOSEPHO CAVANILLES HISPANO-VALENTINO.





PARISIIS,

APUD FRANCISCUM AMB. DIDOT.

M. DCC. LXXXVIII.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIÆ SCIENTIARUM ACADEMIÆ.

J. Decaisne

SEXTA

DISSERTATIO BOTANICA.

De Camellia, Gordonia, Morisonia, Gossypio, Waltheria, Melochia, Mahernia, Hermannia, Urena, Halesia, Styrace, Galaxia, Ferraria, et Sisyrinchio.

PARS XXXIII.

DE CAMELLIA. *Lin.* 914.

CHARACTER GENERICUS CAMELLIÆ.

Calyx polyphyllus deciduus, foliolis 5-7 concavis, ovatis, imbricatis, exterioribus brevioribus.
Corolla campanulato-patens: petala 5-7 obovota basi coalita.
Stamina: urceolus brevis innumeris filamentis terminatus corolla brevioribus: antheræ ovatæ.
Germen superum ovato-acuminatum: stylus filiformis staminibus longior: stigmata tria aut quatuor.
Fructus: capsula ovato-conica sulcata trilocularis: nuclei tot quot loculamenta, *subrotundi, seminibus minoribus sæpe repleti.* Addit Linnæus.

SPECIES.

439. CAMELLIA IAPONICA. *Linn.* (Tab. CLX. f. 1.)
C. Foliis ovatis utrinque acuminatis, serraturis minimis.
C. Foliis acute serratis acuminatis. *Thumberg. Flor. Iap. p.* 272.
C. Iaponica. *Lin. Sp. pl. vol.* 3. *p.* 368.
Tsubakki montanus vel sylvestris flore roseo simplici. *Kæmpf. Amœnit. fascic. V. p.* 850. *t.* 851. *perfectissima.*
β. Tsubakki hortensis flore pleno maximo rosæ hortensis. *Idem loc. cit. p.* 852.
Camelli du Japon. *Lamarck, Dict. encycl. tom.* 1. *p.* 572.
Thea Chinensis pimentæ Jamaicensis folio, flore roseo. *Petiv. Gaz. tom.* 33. *fig.* 4.
Caulis in loco natali arboreus (dicente Thumbergio *vasta et alta est arbor*): hic in Europa fruticosus, quatuor et amplius pedes altus, ramis teretibus glabris,

Tt

in quorum summitatibus gemmæ prodeunt conicæ, oblongæ, imbricatæ.

Folia alterna ovata utrimque acuminata, serrata serraturis minimis, glaberrima, nitida, coriacea, a petiolis crassis brevibus dependentia sæpeque recurva, nervus longitudinalis utrimque protuberans. Stipulæ nullæ.

Flores solitarii sessiles terminales.

Foliorum calycis limbus sæpe scariosus.

Corolla coccinea pulcherrima, petalis 5-6-7 carinato-concavis.

Staminum urceolus crassus brevis : filamenta alba in quatuor phalanges aut circulos concentricos disposita, quorum interna libera, reliqua coalita : antheræ flavæ.

Stigmata tria, aliquando quatuor. Cl. Lin. et post eum D. de Lamarck simplex dixerunt.

Fructum non vidi nisi inchoatum, eratque capsula ovato-conica trisulca trilocularis.

Habitat passim in sylvis et hortis Iaponicis. ♄. *V. floridam apud D. Cels mense maio.*

Obs. *Capsularum loculamenta stigmatum numero respondent.*

Explic. fig. *a* Gemmæ. *b* Flos integer. *c* Capitulum. *d* Calyx in cuius fundo est germen. *f* Flos sectus. *g* Filamentorum pars a germine magis distans. *h* Phalangium sectio.

440. Camellia sasanqua. *Thumb.* (Tab. CLX. f. 2.)

C. Foliis obtuse serratis emarginatis. *Thmberg. Flora Iaponica pag. 273. fig. 30.*

Arbor mediocris, cuius rami teretes cinerei patentes, ramulis instructi laxis villosis rufescentibus.

Folia alterna pollicaria, subdisticha, erecta, ovata, obtusa, obsolete serrata, supra saturate viridia nitida, subtus pallidiora, costa crassa : petioli adpressi dimidiam lineam longi.

Flores terminales sessiles, solitarii speciosi albi.

Calycis foliola quinque, raro sex, nitida.

Corollæ petala fere semper quinque nivea, sub apice carinata emarginata, concava.

Antheræ flavæ striatæ.

Germen squamosum : stylus filiformis staminibus longior : stigmata tria filiformia obtusa virescentia.

Fructus : capsula ovato-conica obsole triangularis, obtusa dense villosa.

Habitat prope Nagasaki in Iaponia. ♄.

Obs. I. *Stamina interdum connata in plures phalanges videntur.*

II. *Folia ad umbram siccata odorem suavem servant, ideoque decoctum eorum feminis in usu est pro lavacro capillorum : etiam theæ adduntur pro concilianda odoris gratia.*

III. *Adeo similis est theæ ut nihil fere nisi stamina connata distinguat, licet hæc nota vix sufficere videatur, quum stamina infima basi tantum connata, et quandoque distincta appareant.*

IV. *Planta mihi ignota : quæ præcedunt desumpsi ex Thumbergii opere laudato.*

V. Kæmpfer, Amœnit. exot. fascic. V. p. 853, de Camellia loquitur his verbis : *Species pumila flore rubro simplici ut plurimum pentapetalo, disco seu umbilico stamineo, fructu tripyreno, pyriforme, nucis pistaceæ magnitudinis, nucleis tribus albis rotundissimis.*

PARS XXXIV.

DE GORDONIA. *Lin.* 913.

Character genericus Gordoniæ.

Calyx duplex : exterior 4-phyllus, foliolis oblongis deciduis : interior 5-phyllus, foliolis concavis rotundatis persistentibus.

Corollæ petala quinque inverse ovata, concava, basi unita (an melius corolla monopetala profunde quinquepartita?)

Stamina : filamenta numerosa parva basi unita in corpus crassum germen cingens : antheræ erectæ didymæ.

Germen ovato-acuminatum : stylus brevissimus : stigmata quinque lanceolato-acuta, excavata, radiatim posita.

Fructus : capsula sublignosa ovata cum acumine, quinque-locularis quinque-valvis. Valvulæ, crassæ subtriquetræ, intus acutæ, extus obtusæ.

Semina quatuor inter singulas valvulas nigra, subreni-formia, parte superiori alata.

Obs. I. *Seminum figura ut in Pentapete et Swietenia; loculamenta et valvulæ ut in Stewartia, cui valde affine est hoc genus.*

II. *Species hucusque cognitæ sunt frutices Carolinæ atque Virginiæ incolæ : Parisiis haud facile frigus sustinent.*

441. Gordonia lassianthus *Lin.* (Tab. CLXI.)

G. Foliis lanceolatis subserratis, utrinque glabris et viridibus : pedunculis axillaribus longis unifloris. *Lamarck, Dict. encyc. vol.* 2. *pag.* 770.

Gordonia. *Ellis. Act. angl. anni* 1770. *vol.* 60. *pag.* 518. *t.* 11. *Linn. Sp. pl. vol.* 3. *p.* 368.

Alcea floridana quinque capsularis laurinis foliis leviter crenatis, seminibus coniferarum instar alatis. *Pluck. Amalth.* 7. *tab.* 352. *f.* 3. *Catesbi Carol.* 1. *p.* 44. *tab.* 44. *Aman. Act.* 7. *t.* 353. *f.* 3.

Hypericum foliis lanceolatis rigidis, denticulatis; floribus alaribus, pedunculis longissimis; capsulis lignosis. *Mill. dict.*

Hypericum (*lasianthus*) floribus pentagynis, foliis lanceolatis serratis. *Hort. Cliff.* 380. *Spec. edit.* 3. *p.* 1101.

Arbor erecta semper viridis, ramis in pyramidem erectis.

Folia alterna lanceolato-ovata utrinque acuminata, basi angustiora atque in petiolum desinentia, argute serrata, glaberrima, lucida. Stipulæ nullæ.

Flores axillares solitarii pedunculis longitudine fere foliorum.

Calycis exterioris foliola oblonga concava, apice rotundata, quorum tria sub calyce interiore, quarta paulo infra. Interioris laciniæ tomentosæ ut in Hugonia dispositæ.

Corolla alba.

Staminum urceolus crassus : filamenta sesquilinearia.

Capsula vix nucem avellanæ æquat.

Habitat in Carolina. ♄. *V. V. apud D. Cels, qui et fructum siccum communicavit.*

Explic. fig. *a* Flos integer. *b* Capitulum. *c* Calyx interior. *d* Corolla in qua observatur petalorum coalitio. *e* Eiusdem pars intus spectata cum staminibus. *f.* Germen. *g* Stigmata aucta. *h* Stamen paulo auctum. *i* Fructus magnit. nat. *k. k.* Semina.

442. Gordonia pubescens. *Lamarck.* (Tab. CLXII.)

G. Foliis lanceolatis subserratis, superne viridibus, lucidis, subtus pubescentibus : floribus sessilibus. *Lamarck. Dict. vol.* 2. *p.* 770,

Caulis arboreus ramosus ramis subpubescentibus.

Folia ut in præcedenti, verumtamen pagina inferiore sunt mollissime tomentosa.

Flores axillares, solitarii, versus ramorum summitates sessiles.

Calycis exterioris foliola subovata, apice acuminata, tomentosa(tria dumtaxat vidi.) Interioris foliola tomentosa.

Petala alba concava.

Antheræ luteæ.

Habitat cum præcedenti. ♄. *V. S. apud D. Cels.*

PARS XXXV.

DE MORISONIA. *Lin.* 916.

Character genericus Morisoniæ.

Calyx monophyllus obovatus bifidus, laciniis concavis reflexis inæqualibus, marcescens.

Corolla : petala quatuor ovato-oblonga.

Stamina : filamenta subviginti subulata, erecta, corolla breviora, inferne ad medietatem usque connata in corpus infundibuliforme : antheræ oblongæ erectæ.

Germen ovatum stipitatum : stylus nullus : stigma capitatum plano-convexum puncto umbilicatum.
Fructus : bacca globosa cortice duro scabro, unilocularis pedicellata.
Semina plurima reniformia nidulantia
Obs. *Nec flores nec fructum vidi huius plantæ : characteres et iconem ex Plumierio et Jacquino desumpsi.*

443. Morisonia americana. *Lin.* (Tab. CLXIII.)
M. Foliis alternis ovatis glabris : floribus congestis subumbellatis.
M. Arbor nucis iuglandis folia. *Plum. Gen. p. 36. t. 23. mss. 6. ic. 263. Surian. herb. n°. 845.*
Morisonia. *Jacq. Amer. 156. t. 97.*
Bois Mabouia. *Apud incolas Gallos.*
Arbor inelegans pyri vulgaris altitudinis.
Folia ovata, quandoque oblonga, integra, nitida, coriacea, alterna, uninervia, desuper saturate viridia, subtus dilute virentia, 5-12 pollices longa; petiolis utrimque incrassatis longiora.
Stipulas nullas vidi in exemplaribus siccis.
Flores in ramis senioribus et iunioribus inter folia congesti : pedunculus communis crassus pollicaris, partiales quatuor et amplius.
Calyx viridis.
Corolla sordide albicans vel pallens petalis apice revolutis.
Filamenta candida : antheræ luteæ.
Germen notulis rubris variegatus.
Bacca pomi magnitudinis : cortex durus notatus punctis ferrugineis : caro mollis albicans.
Habitat in America calidiori, Carthagena Martinica, &c. ♄.
Explic. fig. *A* Umbella florida. *B.* Flos. *C* Calyx cum genitalibus. *D* Fructus. *E* Semen.

PARS XXXVI.

DE GOSSYPIO. *Lin.* 910.

Character genericus Gossypii.

Calyx duplex : exterior monophyllus profunde partitus in tria foliola sæpissime laciniata : interior multo minor monophyllus cyatiformis obtuse quinquefariam emarginatus.
Corolla : petala quinque basi coalita, magna rotundata convoluto-patentia.
Stamina : tubus germen cingens stylum vaginans, corolla brevior, filamentis brevibus onustus : antheræ reniformes.

Germen globoso-acuminatum : stylus simplex, apice clavatus, sulcatus : stigmata tot quot sulci sæpe coalita 3. 4.

Fructus capsula ovato-acuminata, sulcis 3-4 notata, calyce interiori basi cincta, 3-4 locularis, 3-4 valvis.

Semina 3-8 in unoquoque loculamento, ovato-acuminata, lana involuta.

Obs. *Gossypia genus constituunt valde naturale, et ut in generibus naturalibus evenit, species vix differentias accipiunt : ad hæc seminum lana, utpote textoriæ arti utilissima, homines impulit ut Gossypii species per universum orbem inquirerent, repertas adsportarent in patriam, alias aliis adproximarent, atque indigenas quodammodo redderent, quæ sponte crescebant in calidioribus regionibus ; unde morum immo et habitus differentiæ prodiere : quæ omnia si cultoribus, si arti sunt utilia, botanicis difficultatem pariunt ad statuendos specierum characteres, qui antiquorum auctorum notis respondeant.*

Species.

444. Gossypium herbaceum. *Lamarck.* (Tab. CLXIV. f. 2.)

G. Foliis quinquelobis, subtus uniglandulosis, lobis rotundatis mucronatis, calyce exteriore serrato. *Lamarck. Dict. vol. 2. p.* 133.

Xylon, vel Gossypium herbaceum. *J. Bauh.* 1. *p.* 343, *Tournef.* 101.

Gossypium frutescens semine albo. *Bauh. pin.* 430. *Cam. epit.* 203. *Lob. icon.* 650. *Dodon. pempt.* 66.

G. Foliis quinque lobis, subtus glandulosis caule herbaceo lævi ? *Linn. Sp. pl. tom.* 3. *p.* 355.

Goss. alepicum. *R. H. P.*

Caulis teres erecto-procumbens ramosus tripedalis, tener subtomentoso-hispidus, ut et petioli et pedunculi ; senior rubescens, punctis fuscis variegatus.

Folia alterna orbiculata subcordata quinquelobata, lobis rotundatis cum acumine : petioli sæpe folio longiores. Stipulæ lanceolatæ.

Flores oppositifolii aut laterales, solitarii pedunculis incrassatis.

Calycis exterioris foliola basi coalita, suntque laciniata : interior viridis punctis nigris variegatus.

Corollæ petala flava orbiculata subcrenata, unguibus purpureo-maculatis.

Staminum tubus crassus, corolla multo brevior : filamenta alba, antheræ luteæ.

Germen ovatum : stylus simplex apice 3-4 sulcatus : stigmata 3-4 coadunata.

Capsula 3-4 locularis : semina circiter quinque cinerea in singulis loculamentis, ovata, supra cuspide setacea nigra terminata, atque undique involuta lana candidissima.

Habitat in Oriente, Senegal, Alep. ♂. *Habui floridum a mense iunio usque ad septembrem ; fructus maturat.*

Obs. I. *Plantam descripsi Tournefortio et aliis antiquioribus notam : Linnæus aut aliam descripsit hoc nomine, aut typographi vitio legitur in opere citato* eglandulosis *pro* uniglandulosis.

II. *Hæc species à reliquis distinguitur lobis quinque rotundatis cum acumine.*

Explicatio fig. *c* Capsula. *d* Semen. *e* Folium mag. nat.

445. Gossypium mierantum. (Tab. CXCIII.)

G. Foliis quinque lobis uniglandulosis glaberrimis : calyce superante corollam.

Tota planta glaberrima, nec tamen lævis : caulis enim petioli atque pedunculi sunt punctis nigris exasperati.

Caulis erectus sesquipedalis ramosus rubescens.

Folia uniglandulosa alterna, petiolis subæqualia, quinquelobata, lobis orbiculato-acuminatis. Stipulæ lanceolatæ.

Flores solitarii, oppositi folii.

Calyx exterior profunde tripartitus, segmentis cordatis striatis laciniatis, corolla longioribus : interior multo minor, quinquedentatus, viridis punctisque nigris variegatus; ad cuius basim et prope divisionem calycis exterioris exstant glandulæ tres albicantes.

Corolla lutea, petalis ovato-acutis, extus subpubescentibus, unguibus interne purpureis.

Staminum tubus corolla brevior : filamenta brevissima : antheræ luteo-rubentes.

Germen globosum : stylus simplex : stigmata quatuor virentia.

Habitat in Hispahan. V. floridum in R. H. P. ultimo augusto.

446. Gossypium arboreum. *Linn.* (Tab. CLXV.)

G. Foliis palmatis lobis lanceolatis (*setula brevi terminatis addo Cav.*) caule fruticoso. *Linn. Sp. pl. vol. 3. p. 356. Lamar. Dict. tom. 2. p. 134.*

Xylon arboreum. *J. B. I. p. 346. Tournef.* 101.

Goss. arboreum gotnem segiar. *Alp. Æg.* 38.

Cudupariti. *Rheed. Mal.* 1. *p.* 55. *t.* 31.

G. Herbaceum, vel Xylon maderaspatense rubicundo flore pentapyllæum. *Pluk. Alm.* 172. *t.* 188. *f.* 3.

An Gos. rubrum. Forsk Ægyp. n°. 88 ?

Caulis fruticosus decempedalis, ramis villosis.

Folia alterna, petiolis villosis paulo longiora, palmata, lobis quinque lanceolatis apice mucronatis, atque in nervo præcipuo glandulosis : stipulæ lanceolatæ angustæ.

Flores solitarii pedunculis brevibus.

Calyx exterior parvus foliolis cordato-ovatis integris, sæpius tamen dentatis : interior multo minor.

Corolla in sicco fusco-rubra, (an in vivis sulfurea?) petalorum unguibus macula fusca notatis.

Staminum tubus corolla dimidio brevior, filamentis brevissimis onustus : antheræ parvæ sulfureæ.

Germen ovatum : stylus tubo longior apice sulcatus : stigmata 3 ?

Fructus : capsula ovato-acuta parva avellanæ magnitudinis, trilocularis.

Habitat in India Orientali. V. S. apud D. de Lamarck.

Obs. *Loborum setula character est proprius huius plantæ.*

447. Gossypium vitifolium. *Lamar.* (Tab. CLXVI.)

G. Foliis palmatis quinquelobis (*superioribus trilobis addo Cavan.*) acutis subtus

uniglandulosis; calyce exteriore profunde laciniato. *Lamarck Dict. vol.* 2. *p.* 135.

G. Latifolium. *Rumph. Amb.* 4. *p.* 37. *t.* 13.

G. Arboreum. *Merian. Surin. t.* 10.

G. Frutescens annuum folio vitis ampliore quinquefido. *Pluck. Alm.* 172. *t.* 188. *f.* 2?

G. Glabrum. *Lamar. Dict. vol.* 2. *p.* 135. *n°.* 8.

G. Annuum foliis quinque lobis, superioribus trilobis subtus in nervo principali glandula ulcerosa notatis. *Commers. herb. et mss.*

Caules diffusi decumbentes sæpe atropurpurascentes glabri, punctisque nigris asperiusculis variegati.

Folia alterna, petiolis longis maiora, palmata lobis acutis; quorum quinque in foliis inferioribus, tres in superioribus utrimque glabra, aliquando subtomentosa pagina inferiore: in nervo principali prope petiolum glandula notatur. Stipulæ lanceolatæ longæ.

Flores solitarii magni laterales.

Calyx exterior magnus, cuius foliola subovata sesquipollicaria, sunt profunde laciniata: interior parvus, quinquedentatus.

Corolla calyce maior lutea: petalis striatis atque oblique convolutis; ad ungues maculatis, macula purpurea.

Staminum tubus corolla brevior.

Stylus apice laciniatus.

Capsula trilocularis: semina nigricantia ovata 6-10. in singulis loculamentis.

Habitat in India Orientali. V. S. communicatum a D. Thouin.

Observationes ex Commersonio. I. *Stigmata variant* 3-4-5. *atque capsula est* 3-4 *locularis.*

II. *Glandulæ sub calycibus sex adsunt, tres scilicet sub calycis exterioris basi in insertione pedunculi hiulcæ; totidemque sub interiori calyce, qua nempe coalescunt calycis exterioris laciniæ.*

Differt hæc species a G. Peruviano glandularum numero in foliis et calycibus, tum etiam loborum divaricatione.

Commersonius in herbario, loquens de planta, quam sistit Plukenetii figura supra laudata, dixit: Semina omnia in medio, tomento stipata, nudeque sibi ad invicem adpressa, quum in G. vulgari sint per tomentum sparsa eodemque seorsim involuta. *Herb. Insulæ Franciæ apud D. de Jussieu.*

448. Gossypium hirsutum. *Lin.* (Tab. CLXVII.)

G. Foliis quinquelobis subtus uniglandulosis; ramis petiolisque pubescentibus. *Linn. Sp. pl. vol.* 3. *p.* 356. *Lamarck Dict. tom.* 2. *p.* 134. *qui addit:* Calyce exteriore subintegro.

Xylon americanum præstantissimum, semine virescente. *Tournef.* 101.

G. Frutescens pentaphyllos barbadense. *Plum. Alm.* 172. *t.* 299. *f.* 1.

Caulis teres, cortice cinereo-fusco, ramosus bipedalis (mihi) villosus ut et petioli.

Folia alterna petiolis subæqualia, palmato quinqueloba, lobis apice angustato-acuminatis, inæqualibus, medio longiore: glandula unica in nervo principali. Stipulæ lanceolatæ.

Flores solitarii oppositifolii pedunculis pollicaribus.

Calyx exterior profunde partitus in tria foliola pollicaria cordata, apice tridentata : interior brevis.

Corollæ luteæ.

Habitat in regionibus calidioribus Americæ. V. V.

Obs. I. *Hæc planta potius herbacea et annua videtur quam frutescens : si in herbariis observatur, tunc caulis præsertim lignosus apparet.*

II. *Calycem semper vidi ut supra descripsi.*

449. Gossypium peruvianum. (Tab. CLXVIII.)

G. Foliis quinquelobis acutis triglandulosis : calycibus exterioribus triphyllis triglandulosis.

Caulis teres erectus glaber viridis, punctis nigris variegatus, tripedalis : quum veterascit, cortice tegitur subcinereo.

Folia alterna distantia magna cordata, petiolis paulo longiora, subtus tomentosa : inferiora integra lato-ovata acuminata : superiora quinqueloba, lobis acuminatis nonnihil canaliculatis ; glandulæ tres. Stipulæ lanceolato-falcatæ marcescentes deciduæ.

Calyx exterior triphyllus magnus, foliolis cordato-auriculatis striatis, superne laciniatis : in singulorum insertione glandula exsistit subglobosa melliflua, quæ fructu maturo cavitatem sistit : interior monophyllus multoties minor, obscure quinque crenatus, punctisque nigris variegatus : ambo persistentes.

Corolla lutea magna subvillosa, petalis rotundatis dente magno ad latus externum, et maculis rubris ad ungues.

Staminum tubus corolla brevior, albus, atque innumeris filamentis onustus : antheræ globulosæ luteæ.

Germen piriforme : stylus longitudine tubi : stigmata tria planiuscula oblonga.

Fructus : capsula ovato-acuminata trisulca trivalvis trilocularis : loculis polyspermis.

Semina obovata nigra, longa et candidissima lana obvoluta

Habitat in Peru. ♂. *Habui floridum mense augusto : fructum dedit decembri.*

Exp. fig. quæ plantam sistit magnitudine naturali multo minorem ; verumtamen fructificationis systhema magnitudinis est naturalis : *a* Flos integer. *b* Genitalia. *F* Fructus in quo *c* Calyx interior. *ddd* Valvulæ. *ee* Lana convoluta. *E* Eadem expansa seminibus inhærens.

450. Gossypium religiosum. *Lin.* (Tab. CLXIV. f. 1.)

G. Caule hispido : foliis trilobis et quinquelobis uniglandulosis stylo exerto.

G. Foliis trilobis acutis subtus uniglandulosis, ramulis nigropunctatis. *Lin. Sp. pl. tom. 3. p. 356.*

G. Tricuspidatum, foliis trilobis acutis subtus uniglandulosis, petiolis pedunculisque villosis, calyce exteriore profunde laciniato. *Lamarck Dict. tom. 2. pag. 135.*

Caulis tripedalis erectus sulcatus ramosus rubescens, pilis albis numerosis hirtus (quemadmodum et petioli.)

Folia alterna petiolis sæpe breviora, nonnulla inferiora præsertim ovato-acuminata, reliqua triloba, raro quinqueloba, lobis latis versus apicem acuminatis, uniglandulosa, subglabra. Stipulæ lanceolatæ, deciduæ.

Flores axillares solitarii, pedunculis petiolo brevioribus.

Corolla initio alba, deinde roseo-rubra, petalis integerrimis.

Calyx exterior profundissime tripartitus; foliolis cordatis villosis laciniatis: interior viridis punctisque nigris variegatus.

Staminum tubus corollâ brevior, innumeris filamentis onustus: antheræ luteæ reniformes.

Germen ovatum: stylus longus, ante expansionem capituli exertus: apice incrassatus sulcatus, punctisque minimis notatus: stigmata tria sæpe coalita.

Capsula ut in præcedenti.

Habitat ad Caput Bonæ Spei. ♂. *Habui floridum mense augusto.* Colitur in R. H. P nomine *coton blanc de Rome.*

Obs. I. *Hæc species a ceteris distinguitur stylo longo ante floris expansionem exerto, et corollis albis immaculatis quæ postea rubescunt.*

II. *Varietatem colui (quam sistit figura magnitudine naturali multoties minor) in qua calyx exterior non est profunde tripartitus.*

III. *In Regio Horto Parisiensi plantam vidi necdum floridam nomine* Gossypii Flavi Siam, *quæ facie ad hanc videtur reducenda; folia sunt ipsi omnino eadem ac Goss. religioso: verumtamen lana est flava, non alba ut in ceteris speciebus.*

Explic. fig. *a* Flos integer. *b* Calyx exterior.

451. Gossypium indicum. *Lamarck.* (Tab. CLXIX.)

G. Foliis subtrilobis, subtus eglandulosis, lobis cuneatis brevibus. *Lamarck Dict. tom. 2. p. 134. qui addit:* fructu conico.

Gossypium capas. *Rump. Amb. 4. p. 33. tab. 12.*

Caulis a tribus ad quindecim pedes altus pro locorum differentia, ramosus, ramis pubescentibus.

Folia alterna, petiolis subæqualia, 3-5 lobata, lobis subcuneatis acutis, nervis eglandulosis. Stipulæ lineari lanceolatæ.

Flores solitarii pedunculis incrassatis petiolo brevioribus.

Calycis exterioris laciniæ profundæ aliquando integræ, sæpius apice tripartitæ.

Corolla lutescit, petalis emarginatis, quorum ungues ornantur macula purpurea.

Staminum tubus corolla brevior.

Stylus tubo longior.

Capsula ovato-acuminata trisulca, trilocularis.

Habitat in India Orientali. V. S. apud D. de Lamarck.

Obs. I. *Rumphius dixit capsulas aliquando esse quadriloculares.*

II. *Quæ Linnæus dixit de Gossypio herbaceo, huic speciei aliquo modo conveniunt. Verumtamen antiqui botanici, Tournefortius, ceterique non hanc, sed quam initio descripsi designarunt. Ad hæc planta floruit nuperrime in ditissimo horto regio Parisiensi, quæ aut multum fallor, aut eadem est cum Gossypio herbaceo Linnæi. Consulatur Mantissa.*

III. *Plantam habeo quam Commersonius reperit in Insula Franciæ, quamque debeo D. Thouinio, in qua nonnulla folia sunt subtus uniglandulosa, calyxque exterior laciniatus in reliquis convenit omnino cum hac nostra.*

452. Gossypium barbadense. *Lin.*

G. Foliis trilobis integerrimis subtus triglandulosis. *Lin. Sp. pl. vol. 3. p. 357 Lamarck Dict. p. 134.*

G. Frutescens annuum folio trilobo, barbadense. *Pluk. Alm. 172. tab. 188 fig. 1.*

Habitat in insula Barbados. ♂. ♄. *Planta mihi ignota.*

Obs. *Ultra supradescriptas species planta colitur in R. H. P. quæ nondum floruit, diversa tamen ab omnibus. Caulis in ipsa est saturate ruber quemadmodum et petioli nervi venæque foliorum. Ille est glaber at punctulis fuscis exasperatus, quatuor pedes altus: folia alterna cordata quinqueloba, lobis lanceolatis, quinquenervia, nervis ramosis et in nervo præcipuo glandula sanguinea: sunt illa pagina superiori glabra atrovirentia, inferiori glauco-viridia, subtomentosa: stipulæ lanceolatæ, magnæ, rubræ, marcescentes.*

PARS XXXVII.

DE WALTHERIA. *Lin.* 892.

Character genericus Waltheriæ

Calyx duplex: exterior triphyllus deciduus, foliolis non in orbem sed ad alteram partem positis: interior turbinatus quinquefidus persistens, laciniis acutissimis.

Corolla pentapetala, petalis apice rotundatis, unguibus angustissimis, tubi staminiferi basi adfixis.

Stamina: tubus germen cingens apice quinquedentatus, denticulis antheriferis: antheræ quinque ovatæ versatiles.

Germen ovatum villosum: stylus simplex: stigmata plura capillaria brevia.

Fructus semen unicum ovatum basi acutum intra pelliculam mollem bivalvem.

Obs. I. *Hoc genus ab omnibus monadelphis differt semine unico, stylo simplici, atque staminibus quinque tota longitudine connatis.*

II. *Flores sunt parvi semperque glomerati subsessiles; apparent quandoque pedunculati, sed pedunculus est vere ramus foliosus.*

III. *Folia sunt semper crassiuscula plicata tomentosa.*

IV. *Species omnes sunt exoticæ atque delectantur in regionibus calidioribus utriusque Indiæ.*

SPECIES.

453. WALTHERIA ARBORESCENS. (Tab CLXX. f. 1.)

W. Caule arborescente: foliis ovatis subcordatis serrato-dentatis crassis tomentosis.

Monosperm-althæa villosa folio maiore. *Isnard Act. Paris. anni* 1721. *pag.* 278. *tom.* 14.

Malvinda ulmifolia flosculis pusillis muscosis. *Burm. Zel.* 149. *fig.* 68.

W. *Indica Jacq.*

W. *Americana.* Foliis ovalibus plicatis serrato-dentatis tomentosis, capitulis pedunculatis. *Lin. Sp. pl. vol.* 3. *p.* 301. *Mill. Dict. n°.* 1.

W. *Indica.* Foliis ovatis serratis plicatis, capitulis sessilibus. *Lin. ubi supra n°.* 3. *Mill. Dict. n°.* 2.

Betonica arborescens floribus amplioribus. *Pluk. Alm.* 67. *t.* 150. *fig.* 6.

Althæa spicata betonicæ folio villosissimo? *Sloan. Iam. vol.* 1. *p.* 218. *tom.* 138. *fig.* 1.

Tota planta tomento molli et canescente est obsita.

Caulis arborescens (in caldario Paris. quatuor pedes altus) ramosus, ramis obliquo-erectis rubescentibus.

Folia ovata subcordata apice obtuso vel acuto, serrata, plicata, crassiuscula, petiolis triplo longiora. Stipulæ lanceolatæ deciduæ.

Flores glomerati axillares, aut teneros ramulos terminantes, cuius folia minima aut nondum exerta.

Calycis exterioris foliola parva concava ovato-acuta: interioris laciniæ capillares valde pilosæ.

Corolla lutea calyce maior patens.

Staminum tubus brevis, cuius interiori parieti adnata sunt filamenta quinque.

Germen turbinato-ovatum Stylus apice incrassatus, ibique fimbriatus fibrillis capillaribus (numero mihi incerto.)

Fructus pellicula villosa. Semen ovatum basi acutum.

Habitat in regionibus calidioribus utriusque Indiæ. V. S. communicatam à D. Jacquino ♄.

Explic. fig. *a* Calyces. *b* Interior auctus. *c* Exterioris foliolum. *d* Flos. *e* Petalum. *f* Genitalia aucta. *g* Fructus. *h* Semen inter duas valvulas.

Obs. I. *In unum coniungo W. americanam et indicam Linnæi, quod et iam innuit Cl. Jacquinus in opere supra laudato, quoniam nullum exstat inter ipsas discrimen.*

II. *Althæa americana pumilla, flore luteo spicato Breynii p.* 124. *f.* 57. *Quam Linnæus ad Waltheriam retulit est Malvæ species ad M. Polystachiam n°.* 409. *accedens: fructus enim est ipsi ex pluribus capsulis compositus in orbem positis. Consulatur Breynius.*

454. WALTHERIA ELLIPTICA. (Tab. CLXXI. f. 2.)

W. Caule fruticoso: foliis ellipticis oblongis serratis plicatis tomentosis.

Tota planta tomentosa.

Caulis teres ramosus.

Folia elliptica, lineari-oblonga, cuius longitudo latitudine tripla, serrata, plicata, crassa; petioli vix dimidiæ latitudinis foliorum. Stipulæ ut in præcedenti.

Flores glomerati axillares et terminales, parvi.

Calyx exterior ex tribus aliquando pluribus foliolis.

Reliqua ut in præcedenti.

Habitat in India Orientali. V. S. communicatam à D. de Lamarck, ex collectis a D. Sonnerat.

Obs. I. *Differt a præcedenti figura et magnitudine foliorum.*

II. *Ad hanc speciem referendum videtur exemplar quod ex Senegal adsportavit D. Adanson, quodque vidi apud D. de Jussieu n°. 39. quamquam calycis exterioris foliola sint angustiora*

455. Waltheria microphylla. (Tab. CLXX. f. 2.)

W. Foliis ovatis minimis serratis plicatis: floribus axillaribus glomeratis.

Betonica arborescens maderaspatana, villosis foliis profunde venosis. *Pluk. Almag.* 67. *Phyt. tab.* 150. *fig.* 5.

Monosperm-althæa villosa folio minore. *Isnard. Act. Paris. anni* 1721. *pag.* 278.

W. *Angustifolia*, foliis lanceolatis serratis nudis? *Lin. ubi supra n°.* 2.

Tota planta parce tomentosa.

Caules teretes ramosi.

Folia ovata, vix quatuor linearum longitudinis, latitudine paulo minore, crassiuscula serrata, nervis inferne protuberantibus. Stipulæ breves subulatæ.

Flores axillares glomerati subsessiles.

Reliqua ut in præcedenti.

Habitat in India Orientali. V. S. communicatam a D. de Lamarck ex collectis a D. Sonnerat

Explic. fig. *m* Flos integer. *n* Calyx exterior. *o* Petalum. *p* Genitalia aucta. *q.* Semen.

456. Waltheria ovata. (Tab. CLXXI. f. 1.)

W. Foliis lato-ovatis acuminatis serrato-dentatis tomentosis crassis, floribus racemosis congestis.

Aubentonia tomentosa, foliis cordatis, duplicato-serratis, alternis, petiolatis, stipulatis, utrimque tomentosis, floribus secundis congestis. *Dombey herb.*

Tota planta valde tomentosa.

Caulis fruticosus 3-4 pedalis ramosissimus, ramis horizontalibus.

Folia alterna-ovata acuta, serrato-dentata, nervis inferne protuberantibus: petioli crassi duarum linearum. Stipulæ lineari subulatæ deciduæ.

Flores veluti racemosi, racemis axillaribus foliosis.

Florum acerbi subsessiles, alterni sursum spectantes.

Calyx exterior subtriphyllus, foliolis ovatis acutis concavis : interior maior pentagonus, utrimque acuminatus, apice quinquedentatus.

Corolla lutea, petalis calyce paulo longioribus emarginatis.

Stamina : filamenta quinque corollæ longitudine, in urceolum basi coalita : antheræ subreniformes versatiles.

Germen ovatum tomentosum : stylus brevis; stigma incrassatum.

Fructus : pellicula tomentosa semen unicum tegens.

Habitat in Peru. V. S. communicatam à D. Dombey.

Obs. *In herbario D. de Jussieu plantam vidi huic omnino similem : verumtamen in genitalium anatome vidi* 1°. *stamina quinque aliquando sex in tubum coalita, quorum filamenta brevia, corollaque triplo breviora;* 2°. *stylum exertum, capillarem, corolla longiorem;* 3°. *stigma globosum ex pluribus globulis minimis rufescentibus compositum. Hanc reperit in regno Peruano D. Joseph de Jussieu. Genitalia sistit littera* X.

Explicatio fig. *a* Floris capitulum. *b* Calyx exterior. *c* Interior. *d* Idem expansus. *e* Corolla. *f* Petalum. *g* Stamina. *h* Germen. *i* Semen obductum pellicula. *k* Idem nudum.

PARS XXXVIII.

DE MELOCHIA. *Lin.* 894.

Character genericus Melochiæ.

Calyx simplex aut duplex persistens : exterior, si adest, triphyllus, foliolis longis, non in orbem sed ad alteram partem positis : interior monophyllus semiquinquefidus.

Corolla : petala quinque obcordata, patentia, quorum ungues angustissimi.

Stamina : filamenta quinque libera, basi in urceolum coalita, germen cingentem : antheræ quinque bilobæ subovatæ.

Germen ovatum : styli quinque subulati erecti, quandoque persistentes : stigmata simplicia.

Fructus : capsula subrotunda aut quinqueangularis, quinquelocularis, quinquevalvis : valvulis dehiscendo sæpe cornutis; loculamentis mono aut dispermis. Semina subrotunda, altera extremitate nonnihil acuta.

Obs. I. *Corolla in hoc genere est mediate staminifera; ex ejus enim fundo urceolus exsurgit, qui postmodum in filamenta partitur.*

II. *M. Borbonicæ fructus est quinquecapsularis.*

III. *Genus hoc, affine Mahermiæ et Hermaniæ, distinguitur ab utroque filamentis capillaribus liberis, basi dumtaxat coalitis. Conferantur characteres.*

IV. *Species omnes sunt exoticæ, quæ delectantur in regionibus calidioribus utriusque Indiæ.*

SPECIES.

457. MELOCHIA PYRAMIDATA. *Lin.* (Tab. CLXXII. f. 1.)

M. Foliis ovato-lanceolatis serratis glabris: floribus umbellatis oppositifoliis.

M. *Dominicensis Jacq. hort. tab.* 30.

Althæa brasiliana frutescens incarnato flore, fagopyri semine. *Plum. Alm.* 25. *tab.* 131. *f.* 3.

M. Floribus umbellatis, capsulis pyramidatis pentagonis, angulis mucronatis, foliis nudis. *Lin. Sp. pl. vol.* 3. *p.* 304.

Tota planta glaberrima.

Caulis teres ramosus ruber bipedalis et amplius.

Folia alterna, petiolis longiora ovato-acuta serrata, costis profundis parallelis, nonnihil canaliculata. Stipulæ rubræ subulatæ basi carnosæ.

Flores umbellati: pedunculus communis oppositifolius, vix semiuncialis: partiales breves, subquinque ad basim involucrati stipulis duabus aut tribus.

Calyx monophyllus globoso-acuminatus, semiquinquefidus, laciniis acumine setoso rubro terminatis.

Corolla campanulato-patens violaceo-rubra, petalis quinque raro sex apice rotundatis.

Filamenta flava corolla breviora.

Germen viride: styli albicantes.

Fructus: capsula orbiculato-pentagona angulis compressis, quinquelocularis, quinquevalvis, valvulis biaristatis. Semina solitaria aut bina in unoquoque loculamento.

Habitat passim in India orientali et Brasilia. V. V. floret iulio et augusto. ♃. *Colitur in R. H. P.*

Expl. fig. *a* Umbella florum. *b* Petalum. *c* Calyx sectus. *D* Stamina. *d* Eadem. *e* Antheræ auctæ. *f* Germen cum stylis. *F* Idem auctum. *g* Capsula. *h* Eadem aliter spectata. *k* Eadem dehiscens. *l* Semen.

458. MELOCHIA TOMENTOSA. *Lin.* (Tab. CLXXII. f. 2.)

M. Foliis ovatis serratis tomentosis: floribus umbellatis axillaribus: stylo quinquefido.

M. Floribus umbellatis axillaribus, capsulis pyramidatis pentagonis; angulis mucronatis, foliis tomentosis. *Lin. Sp. pl. vol.* 3. *p.* 305. *Miller. Dict. n°.* 2. *Jacq. Amer.* 193.

Abutilon herbaceum procumbens, betonicæ folio, flore purpureo. *Sloan. Iam* 97. *hist.* 1. *p.* 220. *t.* 139.

Tota planta tomentosa.

Caules teretes ramis alternis.
Folia ovata, plicata, serrata, glauca. Stipulæ subulatæ erectæ.
Flores umbellati, umbellis axillaribus. Involucrum breve setaceum polyphillum: pedicelli subquinque.
Calyx turbinatus, profunde partitus in quinque lacinias lanceolatas.
Corolla purpurea calyce multo maior.
Staminum urceolus brevis: filamenta corollâ breviora.
Germen pentagonum utrimque acutum, stylus simplex, crassiusculus, apice setis quinque terminatus.
Fructus ut in præcedenti: loculamenta disperma.
Habitat in insula Sancti Dominici. V. S. communicatam a D. Fougeroux. ♃.
Obs. *Variat quandoque foliis oblongis acutis.*
Explic. fig. *m* Calyx. *n* Corolla cum staminibus. *o* Germen. *p* Fructus. *q* Idem dehiscens.

459. Melochia odorata. *Lin. Supp.* (Tab. CLXXIII. f 2.)
M. Foliis subcordatis, ovato-acutis, biserratis, glabris; paniculis pedunculatis compositis. *Lin. Sup. p.* 302.
Folia subcordata ovato-acuta biserrata glabra fere semipedalia, nervis subtus protuberantibus. Stipulæ. . . . .
Flores paniculati paniculis longe pedunculatis, ramosis: pedunculi et petioli breviter tomentosi.
Calyx striatus, semiquinque partitus, laciniis acutis.
Corolla calyce plusquam dupla, petalis apice rotundatis, unguibus acutis urceolo staminifero affixis.
Stamina: filamenta quinque corolla paulo breviora prope basim latiuscula, ac tandem in urceolum coalita: antheræ ovatæ.
Germen globosum hirsutum sulcatum: styli quinque, raro sex.
Fructus capsula globoso-sulcata hirsuta, quinquelocularis, quinquevalvis, loculis polyspermis.
Habitat in insulis Tanna et Tongatabu: adsportavit fragmenta D. Forster. V. S. folia et paniculam commun. a D. Jacquino.
Obs. *Capsula variat loculamentis sex.*
Explic. fig. *A* Capitulum. *B* Calyx. *C* Petalum. *D* Stamina. *E* Germen. *F* Fructus. *G* Semen.

460. Melochia depressa. *Linn.* (Tab. CLXXIII. f. 1.)
M. Caule fruticoso humili: foliis ovatis serratis tomentosis: floribus axillaribus solitariis.
M. Floribus solitariis, capsulis depressis pentagonis, angulis obtusis ciliatis. *Lin. Sp. pl. v. 3. p. 305. n°. 3. Mill. dict. n°. 3.*

Tota planta tomentosa.

Radix lignosa, ramosa, longior totâ plantâ.
Caules fruticosi, palmares.
Folia alterna petiolis longiora, ovata, serrata, parva. Stipulæ la nceolatæ deciduæ.
Calyx monophyllus semiquinque partitus.
Corolla sulphurea calyce dupla.
Stamina : urceolus flavus germen cingens, terminatus filamentis quinque erectis : antheræ ovatæ.
Germen globosum villosum : styli quinque rubri filamentis breviores.
Frutum non vidi.
Habitat in Peru. V. S. communicatam a D. Dombey.
Obs. *Tota facies est Sidæ, sed fructificatio Melochiæ.*
Expl. fig. *a* Flos. *b* Calyx. *c* Petalum. *d* Stamina aucta. *e* Germen auctum.

461. Melochia supina. *Lin.*
M. Floribus capitatis : foliis ovatis serratis : caulibus procumbentibus. *Lin. ubi supra n°. 6.*
Alcea pusilla supina, Geranii exigui maritimi folio et facie Maderaspatensis, fructu in summo caule glomerato, pericarpio duro. *Pluk. Almag.* 14. *tab.* 132. *f.* 4.
Habitat in India. Planta mihi ignota.

462. Melochia Borbonica. (Tab. CLXXIV. f. 1.)
M. Foliis ovato-lanceolatis, acumine producto, dentatis : floribus axillaribus glomeratis : fructu quinquecapsulari.
Caules teretes ramosi, ramis virgatis, tripedales.
Folia alterna petiolis quadruplo longiora, subcordata, basi orbiculata, sensim angustiora atque in acumen longum acutum terminata; dentata, quinquenervia, utrimque subvillosa. Stipulæ breves ovatæ.
Flores axillares in globulis sessilibus glomeratæ.
Calyx parvus, dentibus acutis.
Corolla lutea vix calyce maior.
Antheræ luteæ.
Germen globosum : styli quinque longitudine fere staminum.
Fructus villosus globosus ex quinque capsulis coadunatis compositus. Capsulæ subtriquetræ monospermæ.
Habitat in Insulis Bourbon, Franciæ atque Sancti-Dominici. V. S. Comm. a D. Thouin.
Obs. *A præcedentibus differt fructu quinquecapsulari.*
Explic. fig. *a* Calyx. *b* Stamina. *d* Eadem aucta. *c* Germen. *e* Idem auctum. *f* Fructus. *g* Capsula. *h* Semen.

463. Melochia corchorifolia *Lin.* (Tab. CLXXIV. f. 2.)

M. Foliis ovato-lanceolatis subtrilobis, serratis glabris: floribus capitatis terminalibus.
M. Floribus capitatis sessilibus, capsulis subrotundis, foliis subcordatis, sublobatis. *Lin. ubi supra n°.* 5.
M. Corchorifolio *Dill. Hort. Elth.* 221. *t.* 176. *f.* 217.
Althæa peregrina, longiore betonicæ folio, floribus albis perexiguis, capitulis arcte conglomeratis. *Pluk. Alm.* 25. *tab.* 44. *f.* 5.
Tsieru vren. *Rheed. Hort. Mal.* 9. *p.* 143. *f.* 73.
Caules ramosi, ramis virgatis scabriusculis.
Folia alterna petiolis longiora, ovato-lanceolata, subtriloba, serrata. Stipulæ acutæ breves deciduæ.
Flores capitati terminales.
Calyx duplex: exterior ex tribus setulis: interior minor urceolatus, quinque denticulis terminatus.
Corolla calycibus longior purpureo-flavens.
Staminum filamenta brevia: antheræ ovatæ.
Germen globosum: styli quinque basi coaliti.
Fructus globosus, qui videtur capsula quinquelocularis, loculis monospermis: secundùm Dillenium capsulæ quinque.
Habitat in India orientali. V. S communicatam a D. de Lamarck.
Obs. I. *An loculamenta quinque sint totidem capsulæ determinare non potui: valvulas tamen in duas partes concavas separabam, quod hoc ultimum indicat.*
II. *Rheedius in descriptione huius plantæ dixit:* Stamina in floribus novem, surrecta, flavis apicibus dotata cum breviori stylo. *Fortasse stylorum maximam partem pro filamentis sumpsit.*
Explic. fig. *o* Calyx interior. *p* Exterior. *O* Ambo aucti. *q* Corolla. *P* Flos integer auctus in quo calyces revoluti. *r* Fructus.

464. Melochia concatenata. *Lin.* (Tab. CLXXV. fig. 2.)
M. Foliis sublanceolatis serratis: racemis florum terminalibus numerosis.
M. Racemis confertis terminalibus: capsulis globosis sessilibus. *Linn. loco citato n°.* 4.
Alcea indica, flosculis parvis, fasciculatim ramulis adfixis. *Pluk. Alm.* 26. *t.* 9. *fig.* 5.

Tota planta parce villosa.

Caulis ramosus, ramis divaricatis.
Folia alterna, petiolis longiora, serrata; superiora angusta, lanceolata; inferiora ovato-lanceolata. Stipulæ lanceolatæ.
Flores minimi, racemosi, terminales, involucrati setulis, atque stipulis.
Calyx duplex: interior minimus, semiquinquepartitus: exterior triplo longior triphyllus foliolis angustissimis, uterque involucratus setulis plurimis.
Corollæ petala quinque minima lutea (in sicco.)
Staminum filamenta quinque brevia, basi coalita.

Germen globosum : styli quinque calyce interiori longiores.
Fructus globosus, estque capsula quinquelocularis, loculis monospermis.
Habitat in utraque India atque in Senegal unde adsportata a D. Adansonio. V. S. unicum exemplar apud D. de Jussieu. ♃.
Explic. fig. *g* Calyces. *h* Fructus. *i* Valvula bipartita. *k* Semen.

465. Melochia hirsuta. (Tab. CLXXV. f. 1.)
M. Foliis ovatis inæqualiter serratis : spicis florum terminalibus densis hirsutis.

Tota planta, præcipue tamen spica hirsuta.

Caulis teres virgatus.
Folia alterna petiolis duplo aut triplo longiora, ovata, versus apicem angustata, inæqualiter serrata. Stipulæ longæ lanceolatæ.
Flores spicati numerosi minimi terminales.
Calyx duplex : interior parvus semiquinquefidus laciniis acutis ciliatis : exterior maior ex tribus aut pluribus foliolis lanceolato-acutis ciliatis.
Reliqua ut in præcedenti.
Habitat. . . . . V. S. apud D. de Jussieu.
Obs. I. *Hæc species affinis præcedenti, differt ab ea, in florescentia.*
II. *Ultimæ tres species calyce duplici ad Malvas et Dombeyas accedere videntur : verumtamen ab illis differunt filamentis quinque liberis basi dumtaxat coalitis, ut alia præteream. Conferantur Dombeyæ atque Malvæ characteres cum illis Melochiæ, quos tradidi.*
Explic. fig. *a* Calyces. *b* Interior auctus. *c* Corolla cum staminibus aucta. *d* Germen. *e* Fructus *f.* Semen intra loculum.

PARS XXXIX.

DE MAHERNIA. *Lin.* 424.

Character genericus Maherniæ.

Calyx monophyllus semiquinquepartitus laciniis acutis persistentibus.
Corolla : petala quinque apice rotundata patentia, unguibus angustata.
Stamina : filamenta quinque conniventia, basi in urceolum coalita, prope antheram dilatata in tuberculum cordatum, postea capillaria brevissima : antheræ subsagittatæ conniventes didymæ, apice utrinque perforatæ. (ut in Solano.)
Germen subpedicellatum globosum : stylus simplex subulatus antheris paulo longior. Stigma acutum.
Fructus : capsula globoso-ovata quinquelocularis, quinquevalvis, loculis polyspermis.

Semina subreniformia altera parte acuta.

Obs. I. *Affinis summa Hermanniæ ; a qua differt, 1°. staminibus capillaribus, quibus supposita sunt corpora cordata tuberculosa ; quæ non reperiuntur in Hermannia, cuius filamenta sunt lata et veluti utrimque membranacea ; 2°. stylo simplici.*

II. *Si Mahernia cum Hermannia coniungitur, ut quibusdam placet, tunc temporis et Melochia ipsis adiungenda erit : sunto ergo characteres essentiales:*

Maherniæ : filamenta capillaria prope apicem tuberculosa.

Hermanniæ : filamenta lata, atque petalorum ungues in tubum cucullatum plicati.

Melochiæ : filamenta capillaria nuda.

Omnes hucusque cognitæ Maherniæ species sunt fruticuli promontorii Bonæ Spei accolæ.

Species.

466. Mahernia verticillata. *Lin.* (Tab. CLXXVI. f. 1.)

M. Foliis verticillatis linearibus (subciliatis pedunculis bifloris. *Addo Cav.*) *Lin. Sp pl. vol.* 1. *p.* 776. *n°.* 1.

Hermannia ciliaris foliis lanceolatis acutis integris serratisque ciliatis. *Lin. Supp. pag.* 302.

Cistoides frutex Æthiopicus, parvis coronopii foliis ad nodos caulem radiatim ambientibus. *Pluk. Mant.* 50. *t.* 344. *f.* 3.

Caulis fruticosus teres scaber ramosus, bipedalis.

Folia verticillata, linearia, brevia, inæqualia, integra, aut pinnatifida, 8-10. Stipulæ. . . . .

Flores terminales et axillares bini nutantes : pedunculus communis plusquam pollicaris erectus, bractea terminatus amplexante, inciso-crenata, e cuius centro pedicelli duo inæquales breves.

Calyx villosus.

Corolla lutea, venis rubescentibus.

Staminum tubercula tomentosa : antheræ hastatæ.

Fructus : capsula ovata ciceris magnitudine.

Habitat ad Cap. Bon. Sp. V. S. communicatam a D. Thunbergio. ♄.

Explic. fig. *a* Calyx. *b* Petalum. *c* Germen. *d* Stamina. *e* Eadem aucta. *f* Stamen auctum. *g* Fructus. *h* Semen.

Obs. *Examinatis plantis (quas Cl. Thunbergio debeo) reperi unam eamdemque esse M. verticillatam Linnæi, atque Her. ciliatam supplementi.*

Plukenetii definitio atque tabula ad hanc speciem pertinet, minime vero ad M. pinnatam : errore ergo legitur contrarium in Lin. opere citato.

467. Mahernia heterophylla. (Tab. CLXXVIII f. 1.)

M. Caule fruticoso subhispido : foliis verticillatis polymorphis : pedunculis 4-floris.

Caulis teres, nonnihil scaber, aliquando flexuosus, ramosus.

Folia verticillata (6, 7.) quorum unum petiolatum, incisum, ovatum aut lanceolato-obtusum, reliqua sessilia, minora, linearia, partim integerrima,

partim apice trifurcata. Stipulæ breves angustæ tres aut quatuor.
Florum pedunculus communis ad folium petiolatum oppositus erectus, pollicaris, terminatus cucullo monophyllo ex cuius centro pedicelli prodeunt sæpe quatuor.
Calyx tomentosus laciniis acutis.
Corollæ petala lutea subcrenata.
Staminum tubercula tomentosa.
Fructus. . . . . Deerat in exemplaribus.
Habitat ad caput Bonæ Spei. ♄. *V. S. apud D. de Jussieu.*
Explic. fig. *a* Involucrum cucullatum. *b* Calyx. *c* Stamina. *d* Eadem aucta. *e* Stamen auctum. *f* Petalum.

468. Mahernia pulchella. (Tab. CLXXVII. f. 3.)
M. Caule spithameo erecto lævi foliis lanceolatis pinnatifidis, pinnis integris incisisque. *Lin. Sup. inter Hermannias, p.* 302.

Tota planta glaberrima.

Ex eadem radice crassa lignosa, caules prodeunt numerosi fruticosi, erecti, læves, trium aut quatuor pollicum.
Folia alterna lanceolata pinnatifida, laciniis linearibus. Stipulæ basi latæ, apice setaceæ.
Flores gemini : pedunculus communis brevis; partiales brevissimi; involucrum trifidum.
Calyx ut in superioribus.
Corolla parva rubescens petalis integris.
Reliqua ut in congeneribus.
Habitat cum præcedentibus. ♄. *V. S. communicatam a D. Thunbergio.*
Explic. fig. *X* Stamina aucta.

469. Mahernia pinnata. *Lin.* (Tab. CLXXVI. f. 2.)
M. Foliis bipinnatifidis : pedunculis capillaribus elongatis bifloris.
M. Foliis tripartito pinnatifidis. *Linn. Sp. pl vol.* 1. *p.* 776.
Hermannia diffusa procumbens, foliis lanceolatis pinnatifidis : pinnis integris dentatisque, pedunculis capillaribus bifloris. *Linn. Supp.* 302.
Hermannia frutescens folio multifido tenui, caule rubro. *Boerh. Lugd.* 1. *p.* 273.
Caules fruticosi, teretes, numerosi, prostrato erecti, pedales.
Folia alterna petiolata bipinnatifida pinnulis alternis, laciniis linearibus. Stipulæ bi-trifidæ.
Flores axillares et terminales, bini, nutantes, campanulati. Pedunculus communis pollicaris erectus, bractea terminatus amplexicauli inciso-crenata, e cuius centro prodeunt pedicelli duo breves inæquales.
Calyx ut in præcedentibus.
Corolla campanulato-patens pulcherrime rubra petalis ovatis, basi angustissimis.
Staminum tubercula viridia.

Reliqua ut in congeneribus.

Habitat cum præcedenti. ♄. *V. V. apud D. Cels. Floret maio, iun. et iul.*

Obs. I. *A præcedente valde diversa quamquam foliis similis.*

II. *Linnæi Supp. planta (quam attente examinavi communicatam a D. Thumbergio) ab hac differt corollis luteis quorum petalorum ungues sunt in tubum cucullatum plicati. Propter omnimodam in reliquis similitudinem ad hanc speciem revoco tanquam varietatem valde notabilem.*

Explic. fig. *A* Capitulum. *B* Calyx. *C* Corolla. *D* Stamina. *E* Eadem aucta. *F* Filamentum. *G* Germen et stylus.

470. Mahernia glabrata. (Tab. CC. f. 1.)

M. Foliis lanceolatis acutis inciso-serratis glabris, floribus cernuis. *Linn. Supp. inter. Hermann.*

Caulis fruticosus, cuius rami aggregati subsecundi.

Folia alterna distantia breviter petiolata, lanceolata, acuta dentibus aliquot utrimque. Stipulæ acutæ, basi latæ, breves.

Flores bini cernui, quorum alter ad involucrum subsessile, alter pedunculatus: utriusque pedunculus communis erectus, plusquam pollicaris, oppositifolius.

Calycis laciniæ acutæ.

Corolla lutea.

Staminum filamenta prope antheras incrassata, cordiformia, villosa.

Stylus simplex.

Reliqua ut in congeneribus.

Habitat ad Caput Bon. Sp. ♄. *V. S. communicatam a D. Thunbergio.*

471. Mahernia biserrata. (Tab. CC. f. 2.)

Caule tereti scabriusculo: foliis lanceolatis inæqualiter serratis, pedunculis bifloris.

Hermannia biserrata foliis ovatis lanceolatis, inæqualibus, serratis, glabris; floribus cernuis. *Lin. Sup. p.* 302.

Caulis suffruticosus pedalis, teres, scabriusculus; ramis paucis.

Folia alterna lanceolata inæqualiter serrata, glabra, petiolis multo longiora. Stipulæ lanceolatæ.

Reliqua ut in præcedente, at pedunculus communis brevior, et involucrum -fidum.

Habitat cum præcedente. ♄ *V. S. Communicatam a D. Thunbergio.*

PARS XL.

DE HERMANNIA. *Lin.* 893.

CHARACTER PROPRIUS HERMANNIÆ.

Filamenta quinque lata et veluti membranacea basi coalita.
Petalorum ungues in tubum cucullatum plicati.
Styli quinque.
Reliqua ut in Mahernia.
Obs. *Hermanniæ species omnes sunt fruticosæ, promontorii Bonæ Spei accolæ. Parisiis conservantur in caldariis et hibernaculis.*

SPECIES.

472. HERMANNIA ALTHÆIFOLIA. *Lin.* (Tab. CLXXIX. f. 2.)
H. Foliis ovatis serrato-dentatis tomentosis: stipulis foliaceis: floribus geminis.
H. Foliis ovatis plicatis crenatis tomentosis. *Lin. Sp. pl. vol.* 3. *p.* 302. *n°.* 1.
H. Capensis althææ folio. *Petiv. Gaz.* 53. *t.* 34. *f.* 2. *optima.*
Ketmia africana frutescens foliis mollibus et incanis. *Comm. hort.* 2. *pag.* 151. *t.* 79.

Tota planta tomentosa.

Caulis fruticosus valde ramosus tripedalis.
Folia alterna, petiolis longiora, ovata, plicata, serrato-dentata. Stipulæ ovato-lanceolatæ magnæ.
Flores axillares, pedunculis communibus solitariis, aut binis, folio brevioribus, bifloris: pedicelli breves: involucrum ex tribus aut quatuor foliolis lanceolatis; iuxta quæ duo alia reperiuntur minima.
Calyx hemisphæricus decemsulcatus, dentibus quinque acutis terminatus.
Corollæ petala sulphurea apice patentia atque in spiram convoluta, quod omnibus speciebus convenit unica excepta, Herm. scilicet involucrata.
Filamenta pellucida. Antheræ luteæ.
Germen viride: styli coaliti: stigmata nonnihil incrassata.
Fructus capsula tomentosa angulis quinque profundis: semina nigra, quandoque abortu solitaria.

Habitat in Æthiopia et in Capite Bonæ Spei. ♄. *V floridam in R. H. P. mensibus iunio, iulio et augusto. Specimen capense misit D. Thunbergius.*

Explic. fig. *A* Calyx. *B* Corolla. *C* Petalum. *D* Corolla antice spectata. *E* Geni-

talia. *F* Germen. *G* Genitalia aucta. *H* Stamen auctum. *I* Filamentum auctum. *K* Fructus. *L.* Loculamentum. *M* Semen.

473. Hermannia incana.

H. Foliis ovatis, plicatis, tomentoso-incanis : stipulis parvis subulatis.

Tota planta tomento minimo albicante est obsita.

Caulis teres erectus ramosus tripedalis.

Folia alterna ovata plicata, adeo ut margo quasi undulatus et crenatus appareat : nervi protuberantes : petioli teretes folio breviores. Stipulæ breves subulatæ.

V. V. apud D. Cels nondum floridam ; quam diversam reputo a præcedenti propter stipulas, et a sequenti foliorum atque stipularum figura.

474. Hermannia salvifolia. *Lin. Supp.* (Tab. CLXXX. f. 2.)

H. Foliis ovatis integris rugosis, tomentoso-hispidis : floribus cernuis. *Linn. Suppl. pag.* 302.

Tota planta valde tomentosa, hispida et nonnihil flava.

Caulis fruticosus teres ramosus.

Folia alterna subsessilia ovata rugosa : stipulæ subulatæ, basi latæ.

Flores glomerati cernui terminales.

Calycis laciniæ subulatæ.

Corolla lutea calyce duplo maior.

Germen villosum : stylus apice quinquefidus.

Habitat in Capite Bonæ Spei. ♄. *V. S. communicatam a D. Thunbergio.*

Explic. fig. *A* Calyx. *B* Petalum. *C* Stamen.

475. Hermannia involucrata. (Tab. CLXXVII. f. 1.)

H. Foliis ovatis acutis tomentosis : floribus solitariis involucratis : corollis revolutis.

Tota planta valde tomentosa.

Caulis fruticosus ramosus ramis rubescentibus.

Folia alterna subsessilia ovata integerrima flavescentia, obsita pilis minimis fasciculato-stellatis. Stipulæ lineares acutæ subcarnosæ.

Flores axillares solitarii breviter pedunculati : ad basim pedunculi laciniæ 8-10 carnosæ lineares rubescentes, calycem cancellantes.

Calyx nonnihil diaphanus quinquedentatus.

Corollæ petala sulphurea, apice latiora, revoluta emarginata.

Germen villosum quinque sulcatum : stylus rubescens.

Habitat cum præcedenti. V. S. communicatam a D. Thunbergio.

Obs. *Fragmentum quod vidi staminibus erat orbatum : Hermanniis adnumero ex habitu plantæ.*

Explic. fig. *a* Flos integer. *b* Corolla. *c* Calyx. *d* Germen.

476. HERMANNIA DENUDATA. *Lin. Supp.* (Tab. CLXXXI. f. 1.)

H. Foliis lanceolatis acutis lævibus, superne serratis. *Lin. Supp.*

Tota planta glaberrima.

Caulis teres erectus tripedalis valde ramosus, rubescens.

Folia alterna crassiuscula, remota, saturate viridia, lanceolata, acuta, superne serrata, petiolis multoties longiora. Stipulæ ovato-acuminatæ, basi subcordatæ.

Flores subracemosi terminales, in unoquoque pedunculo bini, pedicellis brevibus ad quorum basim bracteæ tres ovato-acutæ.

Calyx pentagonus, acuminibus quinque acutis.

Corolla saturate lutea, calyce maior.

Capsula intra calycem, hocque paulo maior : loculis trispermis.

Habitat in Capite Bonæ Spei. Vivam habeo ex seminibus capensibus Floruit apud D. Cels mense augusto.

Explic. fig. *a* Calyx. *b* Capsula. *c* Semina.

477. HERMANNIA PROCUMBENS. (Tab. CLXXVII. f. 2.)

H. Foliis inciso-pinnatifidis inferioribus ovatis, superioribus elongatis : floribus racemosis.

Althæa africana frutescens floribus aureis cochleatis pendulis minoribus. *Volk. Norimb.* 24. *t.* 24.

Caulis procumbens sulcatus, ramosus, pedalis et amplius.

Folia alterna, petiolis crassis sustentata : inferiora ovata incisa, superiora longa angusta pinnatifida. Stipulæ breves cordatæ acutæ.

Flores racemosi terminales : flos quilibet pedunculatus, stipulatus ; stipulis minimis.

Calycis laciniæ ovatæ acuminibus setosis.

Petala sulphurea calyce multo maiora.

Reliqua ut in congeneribus.

Habitat in Capite Bonæ Spei. V. S. communicatam a D. Thunbergio.

Explic. fig. *A* Calyx. *B* Petalum. *C* Stamen auctum. *D* Germen.

Obs. *Sequenti, mihi ignotæ, videtur affinis ; differt tamen floribus racemosis.*

478. HERMANNIA GROSSULARIFOLIA. *Lin.*

H. Foliis lanceolatis pinnatifidis. *Linn. Sp. pl. tom.* 3. *p.* 304.

H. Foliis obovatis acute incisis : pedunculis bifloris. *Roy. Lugdb.* 347. *Mill. Dict. n°.* 2.

Habitat in Æthiopia. ♄.

479. HERMANNIA ALNIFOLIA. *Lin.* (Tab. CLXXIX. f. 1.)

H. Caule fruticoso ramis diffusis : foliis cuneiformibus crenatis emarginatis : floribus racemosis.

H. Foliis cuneiformibus, lineatis, plicatis, crenato - emarginatis. *Lin. Sp. pl. n°. 3. Hort. Cliff. n°. 341. Mill. Illust. syst. tab. picta pulcherrima.*

Ketmia africana vesicaria fruticans et erecta, alni foliis latioribus et maioribus. *Comm. Hort. 2. p. 155. t. 78.*

Caulis fruticosus ramosissimus ramis diffusis, rubescens subscaber bipedalis.

Folia alterna, cuneifolia, crenata, emarginata, breviter petiolata. Stipulæ cordatæ, breves, apice setosæ.

Flores racemosi racemis terminalibus oblongis, pedicellis alternis bifloris bracteatis.

Calyx turbinato-hemisphæricus, decemnervius, flavescens, denticulis quinque terminatus.

Corolla sulphurea calyce maior.

Antheræ rufescentes.

Germen villosum : styli quinque adproximati.

Capsulæ loculamenta aliquando monosperma; in patria polysperma; semina nigra orbiculato-reniformia sulcis insculpta.

Habitat in Capite B. Spei. ♄. *Habui floridam mensibus iunio, iulio et aug. Colitur in R. H. P.*

Expl. fig. *a* Flos integer. *b* Calyx expansus. *c* Idem auctus. *d* Petalum. *e* Idem auctum. *f* Genitalia. *g* Eadem aucta. *i* Germen cum stylis. *h* Stamen. *k l* Capsula et Semen. *m* Loculamentum auctum ubi conspiciuntur semen perfectum, *n* et reliqua quæ abortum fuerunt passa; omnia tamen aucta.

Obs. *Arbuscula africana tricapsularis, &c. (Pluk. Mant. 24. t. 339.) minime huic speciei congruit; fortasse coniungenda esset cum mea Herm. vesicaria de qua infra, si fructu ab Hermannia non recederet.*

480. Hermannia hyssopifolia. *Linn.* (Tab. CLXXXI. f. 3.)

H. Foliis lanceolatis obtusis serratis (calycibus inflatis *addo Cav.*) *Linn. loco citato. n°. 4.*

Caulis fruticosus ramosus ramis patulis, tripedalis et amplius.

Folia numerosa, alternatim, sparsa breviter petiolata, sæpiusque dependentia lanceolato-ovata oblonga, serrata versus apicem. Stipulæ lanceolatæ acutæ erectæ deciduæ.

Flores racemosi racemis terminalibus.

Calyx subvillosus inflatus flavus, globoso-pentagonus, acuminibus conniventibus, corollæque petala angustantibus.

Corolla sulphurea parum exerta.

Antheræ filamentis angustiores, ovato-acutæ.

Germen villosum : styli quinque.

Habitat in Æthiopia et in Capite B. Spei. ♄. *Habui floridam a mense maio usque ad aug. Colitur in R. H. P.*

Explic. fig. *d* Flos integer. *e* Corolla. *f* Petalum. *g* Genitalia. *h* Stamina aucta. *i* Stamen unicum. *k* Germen. *K* Genitalia aucta.

481. Hermannia scabra. (Tab. CLXXXII. f. 2.)

H. Caule scabro : foliis lanceolato-ovatis dentatis scabris; pedunculis bifloris: calycibus brevibus.

Tota planta scabra.

Caulis fruticosus ramosus ramis virgatis.

Folia parva alterna, breviter petiolata, lanceolato-ovata, apice crenata, limbo laterali bidentato; illorum scabrities provenit ex pilis fasciculato-stellatis. Stipulæ ovato-lanceolatæ.

Flores terminales distantes, pedunculis bifloris.

Calyx diaphanus brevis, laciniis acutissimis.

Corolla sulphurea calyce multo maior.

Staminum filamenta latissima diaphana : antheræ subsagitattæ bicornes.

Germen ovatum quinque sulcatum : styli quinque.

Capsula calyce basi cincta quinque sulcata villosa.

Habitat ad Caput B. Spei. ♄. *V. S. apud D. de Lamarck.*

Obs. *Affinis præcedenti a qua præcipue differt calycibus non inflatis.*

Explic. fig. *a* Calyx. *b* Germen. *c* Stamen. *d* Idem auctum. *e* Fructus intra calycem. *f* Valvula.

482. Hermannia lavendulifolia. *Lin.* (Tab. CLXXX. f. 1.)

H. Foliis lanceolatis obtusis integerrimis. *Lin. Sp. pl. n°. 5.*

H. Frutescens folio lavendulæ latiore et obtuso, flore parvo aureo. *Boërh. Lugd. 1. p. 273. Dill. Elth. 179. tab. 147. fig. 176.*

Caulis bipedalis ramosus, ramis teretibus.

Folia alterna breviter petiolata, lanceolata, obtusa, integerrima, tomento brevissimo mollia, dilute viridia. Stipulæ lanceolato-lineares erectæ.

Flores bini, quorum pedunculus communis semipollicaris, dehin sustentati pedicellis brevissimis, interiectis stipulis.

Calycis laciniæ ovatæ.

Corolla aurea calyce duplo maior, petalorum unguibus viridibus.

Antheræ fuscæ, pilis minutissimis vestitæ.

Styli quinque coaliti.

Habitat ad Cap. B. Spei. ♄. *V. floridam apud D. Cels mense maio.*

Obs. *Varietatem habeo siccam capensem cuius flores sunt minutissimi, foliaque multoties minora quam in superiori; cuius ramulum depinxi in tabula supra citata*, Littera X.

Explic. fig. *a* Flos integer. *b* Idem antice spectatus. *c* Petalum. *d* Genitalia aucta. *e* Stamen auctum.

483. Hermannia vesicaria. (Tab. CLXXXI. f. 2.)

H. Caule tomentoso : foliis confertis pinnatifidis subtus piloso-stellatis : fructibus magnis inflatis terminalibus.

Caulis fruticosus ramosus, ramis tomentosis.

Folia parva rufescentia pinnatifida, basi cuneiformia atque in petiolum termi-

nata, apice trifida, lateraliter bidentata; desuper glabra, subtus piloso-stellata, limbo ornato stellulis pilosis. Stipulæ setaceæ breves.

Flores racemoso-terminales.

Calyx brevis, crassiusculus, villosus; laciniis ovatis.

Fructus capsula globosa (cerasi fructum parvum magnitudine æquans) sulcis quinque profundis: loculamenta trisperma.

Semina reniformia, maiora quam in reliquis speciebus, affixa columnæ filiformi.

Habitat ad Cap. B. Spei. V. S. sine flore, communicatam a D. de Lamarck.

Explic. fig. *C* Loculamentum sectum, cum tribus seminibus.

484. Hermannia filifolia. *Lin. Supp.* (Tab. CLXXX. f. 3.)

H. Foliis lineari-triquetris glomeratis: stipulis magnis lanceolatis.

H. Foliis lineari-triquetris integerrimis. *Lin. Supp. p.* 302.

Caulis teres scabriusculus, ramis alternis erectis.

Folia alterna, fasciculata, lineari-acuta, integerrima. (Lineari-triquetra dixit Linnæus, in sicco tamen apparent ut plurimum canaliculata.) Stipulæ foliis longiores lanceolato-acutæ.

Flores axillares solitarii, bini aut terni, breviter pedunculati.

Corolla sulphureo-rubescens (in sicco), calyce duplo maior.

Reliqua ut in congeneribus.

Habitat in Capite Bonæ Spei. V. S. communicatam a D. Thunbergio. Exemplar optimum possidet D. de Lamarck.

Explic. fig. *D* Flos integer. *E* Stamen auctum. *F* Petalum.

Obs. *Valde suspicor cum sequenti coniungenda: videant qui utrasque possint examinare; mihi enim ignota est planta quæ sequitur.*

485. Hermannia linifolia. *Lin.*

H. Foliis linearibus: pedunculis unifloris. *Lin. Sp. pl. tom. 3. p. 303 n°. 6. Burm. prodr.* 18.

Habitat ad Caput Bonæ Spei ♄.

486. Hermannia trifurcata. *Linn.* (Tab. CLXXVIII. f. 2.)

H. Foliis lanceolatis integris, tridentatisque, racemis secundis. *Lin. Sp. pl. n°. 2. Amœnit. acad. 6.*

Caulis fruticosus pedalis, cuius rami sparsi, rigidi.

Folia alterna parva lanceolata: inferiora tridentata: stipulæ minimæ.

Calyx diaphanus nervo dorsali ad singulas lacinias.

Corolla lutea, calyce duplo maior.

Germen globosum: styli quinque initio coaliti, postea separati.

Reliqua ut in congeneribus.

Habitat in Capite Bonæ Spei. V. S. Communicavit frustulum D. Thunbergius.

Explic. fig. *g* Calyx. *h* Petalum. *i* Genitalia. *k* Eadem aucta. *l* Stamen auctum.

487. Hermannia trifoliata. *Lin.* (Tab. CLXXXII. f. 1.)

H. Foliis alternis tomentosis plicatis cuneiformibus : stipulis maximis foliosis ovatis.

H. Foliis ternatis sessilibus plicatis retusis tomentosis. *Lin. Sp. pl. n°. 7. Hort. Cliff.* 342.

H. Frutescens folio oblongo molli cordato hirsuto. *Boërh. Ludg.* 1. *pag.* 273 *apud Linn.*

Caulis fruticosus repens, ramis angustis teretibus tomentosis quemadmodum et tota planta.

Folia alterna pollicem longa cuneiformia, sensimque in petioli formam angustata, apice veluti truncata et crenata : stipulæ folio paulo breviores oblongo-ovatæ integerrimæ.

Flores penduli.

Calyx campanulatus tomentosus, semiquinque fidus, laciniis dilatatis rotundatis.

Corolla calyce angustior.

Habitat in Æthiopia ♄. *V. S. absque floribus apud D. de Jussieu, ubi notatur quod exemplar est Americanum.*

Obs. *Stipulæ huius plantæ non sunt vere folia, quare præpostere, mea sententia,* Herm. trifoliata *appellatur.*

Quæ in descriptione sunt charactere italico desumpsi ex Linnæo.

488. Hermannia triphylla. *Lin.* (Tab. CLXXVIII. f. 3.)

H. Foliis ternatis planis obovatis, medio petiolato maiore.

H. Foliis ternatis, petiolatis, planis, obovatis. *Lin. Sp. pl. n°.* 8.

Tota planta est obducta tomento brevi.

Caulis fruticosus, scabriusculus, ramosus.

Folia alternatim ternata obovata; quorum inferius est maius atque breviter petiolatum, lateralia breviora subsessilia. Stipulæ acutæ.

Flores terminales racemosi pedunculis alternis uni-bifloris.

Calyx coriaceus, laciniis acutissimis.

Corolla sulphurea calyce maior.

Styli quinque.

Reliqua ut in congeneribus.

Habitat in Capite Bonæ Spei. ♄. *V. S. communicatam a D. Thunbergio.*

Explic. fig. *m* Capitulum floris. *n* Petalum. *o* Stamina aucta.

O B S E R V A T I O.

Hermanniæ ciliaris, pulchella, diffusa, glabrata, et biserrata. Lin. Supplementi sunt supra descriptæ inter Mahernias.

PARS XLI.

DE URENA.

Character genericus Urenæ.

Calyx duplex persistens; exterior monophyllus semiquinquepartitus laciniis lato-acutis: interior ex quinque foliolis lanceolatis, basi subcoalitis atque interne glandulosis.
Corolla: petala quinque basi coalita, unguibus angustata, apicibus rotundata.
Stamina: tubus corollâ brevior, germen cingens, versus apicem filamenta sustinens numerosa brevissima: antheræ rotundatæ.
Germen superum, globoso-pentagonum; stylus simplex apice decempartitus, stigmata capitata reflexa.
Fructus globosus, compositus ex quinque capsulis subrotundo-triquetris, extus echinatis; spinulis numerosis indeterminatis, minimis.
Semina solitaria subtriquetra.
Folia glandulosa.
Obs. I. *Genus valde affine Malachræ atque Pavoniæ: ab illa distinguitur calycibus pentaphyllis, et capsulis echinatis: ab hac calycibus, et spinulis numerosis, numero indeterminato, quum in Pavonia sint spinæ longæ 15: ab utroque denique genere secernitur ulterius foliis glandulosis.*
II. *Species aliquæ sunt heterophyllæ*

Species.

489. Urena tricuspis. (Tab. CLXXXIII. f. 1.)
U. Caule piloso: foliis uniglandulosis, ovato-angulatis; angulis acuminatis serratis.
U. Foliis angulatis. *Commers. herb. cum icone.*
Caulis fruticosus teres vimineus pilosus, tripedalis et ultra.
Folia alterna magna longe petiolata, versus apicem breviora, ovato-angulata; inæqualiter serrata, villoso-tomentosa; semitripartita, lobis acuminatis: prope basim nervi præcipui exstat glandula oblonga. Stipulæ breves.
Calyx exterior pilosus striatus: interior ciliatus diaphanus foliolis carinatis, basi interne glandulosis.
Corolla lutea striata pollicaris patens.
Staminum tubus corollâ brevior, cylindraceus, filamenta sustinens brevia: antheræ parvæ reniformes.
Germen ac reliqua ut supra in generico charactere.
Semina nigra glabra.

Habitat in insulis Franciæ et Borbon. ♃. *V. S. communicatam a D. de Jussieu.*

Explic. fig. *A* Flos magnitudine naturali. *aa* Glandulæ. *b* Calyx exterior. *c* Interior cum quinque glandulis. *d* Genitalia. *e* Germen, stylus, stigmata. *f* Stigmata aucta. *g* Capsula. *h* Eadem aliter spectata. *i* Valvulæ. *k* Semen.

490. Urena americana. *Lin. supp.*

U. Foliis trifidis basi integris. *Lin. supp. p.* 308.

Malva fruticosa, ribesii foliis, seminibus asperis. *Sloan. Hist.* 1. *pag.* 37. *tom.* 11. *fig.* 2.

Caulis frutescens teres, vix scaber.

Folia petiolata semitriloba; sinubus obtusis, non rotundato excavatis; serrata, basi integra, obtusiuscula, lobo medio paulo maiore, lobis extrorsum magis distantibus: sub tomento poro nectareo ad basim nervi intermedii paginæ inferioris.

Calyx et fructus ut in reliquis, sed corolla minor.

Habitat in Surinamo. ♄. C. G. Dalberg.

Obs. *Planta mihi ignota, quæ tamen præcedenti videtur affinis, quamquam patriâ atque corollâ differat, necnon et filiorum sinubus.*

491. Urena reticulata. (Tab. CLXXXIII. f. 2.)

U. Foliis reticulatis uniglandulosis, sinuato-serratis inferioribus trilobis: reliquis lanceolatis.

Caulis fruticosus tripedalis ramosus, ramis petiolisque subtomentosis.

Folia alterna, superne viridia, inferne albicantia tomento brevissimo, atque nervulis reticulata: inferiora magna, petiolis longiora, basi ovata, integra, triloba, lobo medio longiore; reliqua lanceolata sinuato-denticulata, atque breviter petiolata: ab basim nervii intermedii glandula oblonga. Stipulæ . . .

Calycis exterioris laciniæ acutæ striatæ.

Reliqua ut in U. tricusp. at flores minores.

Habitat in America æquinoxiali. ♄. *V. S. apud D. de Lamarck.*

492. Urena viminea. (Tab. CLXXXIV. f. 1.)

U. Foliis uniglandulosis: inferioribus rotundato-acutis sublobatis; superioribus lanceolatis serratis: calyce exteriore maiore.

Caules teretes vix tomentosi tripedales et amplius.

Folia alterna, petiolis longiora, subtus viridia, scabra, desuper albicantia, subtomentosa, glandulosa ut in præcedentibus. Inferiora subcordata, rotundato-acuta, serrata, sublobata; superiora lanceolata. Stipulæ lanceolatæ deciduæ.

Flores axillares et terminales solitarii, bini aut terni, pedunculis brevibus sustentati.

Calyx exterior oblongus, laciniis profundis lineari-lanceolatis, striatis: interior duplo brevior.

Reliqua ut in præcedenti.

Habitat in Brasilia. V. S. apud D. de Jussieu. Reperit Commerson.

Obs. *Rami sunt quandoque sesquipedales, in quibus omnia folia sunt lanceolata.*

qui si scorsim a planta integra observantur, ad aliam speciem pertinere videbuntur.

Explic. fig. *a* Calyx exterior. *b* Interior cum glandulis. *c* Genitalia. *F* Folium.

493. Urena multifida. (Tab. CLXXXIV. f. 2.)

U. Foliis uniglandulosis sinuato-multifidis, sinubus rotundatis denticulatis; caule ramosissimo.

An Lapago Ambonica. *Rumph. Amb. 6. p. 59. t. 25?*

Tota planta villoso-tomentosa.

Caules teretes, ramis numerosis erectis.

Folia alterna, petiolis longiora, cordata, quinquelobata, lobis incisis serratis, sinubus rotundatis dentatis: nervi quinque et in horum intermedio glandula oblonga. Stipulæ ovato-acutæ deciduæ.

Flores axillares et terminales, solitarii, pedunculis brevibus.

Calyx exterior interiore paulo maior.

Corolla lutea parva.

Reliqua ut in præcedenti.

Habitat in Insula Franciæ. V. S. communicatam a D. de Jussieu.

494. Urena lobata *Lin.* (Tab. CLXXXV. f. 1.)

U. Foliis triglandulosis cordatis angulatis serratis; latitudine longitudinem superante.

U. Foliis angulatis *Lin. Sp. pl. vol. 3 p.* 154.

U. Sinica Xanthii facie. *Dill. Elth.* 340. *tab.* 319. *f.* 412.

Trifolio affinis Indiæ Orientalis, Xanthii facie. *Breyn. cent.* 82. *t.* 35?

Caulis fruticosus 4-pedalis et amplius, ramosus, ramis patulis, subtomentosis.

Folia alterna petiolis subæqualia, cordata, angulata, serrata, magis lata quam longa, 5-7-nervia, venulis reticulata, scabriuscula: glandulæ tres prope basim nervorum principalium. Stipulæ breves, lineares, deciduæ.

Flores axillares, sæpius solitarii, pedunculis brevibus.

Calyx exterior striatus profundeque 5-partitus: interior brevior foliolis quinque basi glandulosis.

Corolla rosea calyce duplo maior, petalis integris.

Reliqua ut in præcedenti.

Habitat in Brasilia, Insula Franciæ, China et alibi. ♄. *Habui floridam mense octobri. Colitur in R. H. P.*

Obs. *Variat stigmatibus quinque.*

Explic. fig. *a* Calyx exterior. *b* Interior cum glandulis. *c* Germen, stylus, stigma. *d* Fructus. *e* Capsula. *f* Semen. *F* Folium.

495. Urena sinuata. *Lin.* (Tab. CLXXXV. f. 2.)

U. Foliis triglandulosis sinuato-lobatis serratis, sinubus obtusis.

U. Foliis sinuato-palmatis, sinubus obtusis. *Lin. ubi supra* n°. 2.

Alcea indica frutescens. *Pluk. Alm.* 15. *t. V. f.* 3.
Caulis fruticosus tripedalis ramosus subtomentosus.
Folia petiolis subæqualia lobato-sinuata, serrata, glandulis tribus in nervis intermediis : stipulæ breves lineares deciduæ.
Petala emarginata.
Stigmata decem.
Reliqua ut in præcedenti.
Habitat in India. ♄. *Habui floridam mense decembri. Colitur in R. H. P.*
Explic. fig. *g* Corolla. *h* Genitalia.

496. Urena procumbens. *Lin.*
U. Foliis oblongis sinuatis serratis, caule procumbente. *Lin. loco citato n°.* 4.
Caulis frutescens, procumbens, repens, ramosissimus.
Folia magnitudine origani, subcordata, integra nec lobata, lævia, argute serrata.
Flores foliis maiores. *Lin.*
Habitat in Chinæ monticulis. ♄. *Planta mihi ignota.*
Obs. I. *Urena typhalæa Lin. et Urena leptocarpa supplementi reperientur infra inter Pavonias. Vide Mantissam III.*
II. *Malvinda foliis inferioribus multifidis, superioribus incisis flore solitario.* Burm. Zeyl. 150. tab. 69. f. 2. *et Alcea indica frutescens, foliis in lacinias varie dissectis.* Pluk. Alm. 15. tab. 74. f. 1. *Urenam constituunt mihi ignotam, a præcedentibus diversam.*

PARS XLII.

DE HALESIA. *Lin.* 651.

Character genericus Halesiæ.

Calyx superus, persistens, ex quatuor denticulis minimis basi in corpus coalitis, germen aliqua parte vestiens.
Corolla monopetala, campanulata, ventricosa, ore quadrilobo, obtuso, patulo.
Stamina : tubus germinis apicem cingens, in duodecim filamenta erecta partitus : antheræ oblongæ adnatæ ad summitatem internam filamentorum.
Germen oblongum inferum : stylus filiformis corollæ longitudinis : stigma simplex.
Fructus : nux corticata oblonga utrinque angustata, octogona, angulis 2-4 membranaceis; quadrilocularis.
Semina solitaria, oblonga subtriquetra.
Obs. I. *Si calycis nomine intelligatur pars viridis turbinata, nedum denticuli in*

quos ipsa terminatur, germen tunc temporis erit intra calycem, qui mirum in modum elongatur fructu maturante, huncque omnimode vestit corticis instar.

II. *Nux quandoque est trilocularis.*

497. Halesia tetraptera. *Lin.* (Tab. CLXXXVI.)

H. Foliis ovatis acuminatis argute serratis : fructu tetraptero.

H. Foliis lanceolatis ovatis, petiolis glandulosis. *Lin. Sp. pl. vol.* 2. *pag.* 417. *n°.* 1. *Mill. dict. n°.* 1.

H. Fructibus membranaceo quadrangulatis. *Ellis Act. angl. vol.* 51. *pag.* 931. *tom.* 22.

Frutex padi foliis serratis, floribus monopetalis albis campaniformibus, fructu crasso tetragono. *Catesb. Carol.* 1. *p.* 64. *t.* 64.

Caulis arboreus 18 et amplius pedes altus, ramosus ramis inferioribus patulis.

Folia alterna ovato-acuminata, argute serrata, subtus albicantia, pagina superiore viridia : petioli breves in quibus aliquando reperiuntur glandulæ minimæ. Stipulæ nullæ.

Flores in ramis vetustioribus aphyllis alternatim terni quamproxime, ex eodem puncto prodeuntes pedunculis semipollicaribus : rami hi coronantur frondibus.

Calyx viridis, denticulis minimis.

Corolla candida nutans.

Filamenta alba erecta corollâ breviora, 12, basi coalita in tubum brevem vel potius urceolum.

Germen viride : stylus ruber.

Fructus alis instructus quatuor.

Habitat in Carolina. ♄. *V. V. in ditissimo horto D. Lemonier. Floret mense maio, fructus maturat decembri.*

Obs. *Variat fructibus 3-5 alatis : loculamenta non semper fecunda. Ellis loco citato in eadem tabula duos ramulos pinxit, floridum scilicet et fructiferum, qui ad hanc speciem pertinent ut ego quidem arbitror : si ergo folia in florido sunt sextuplo minora quam in alio, hoc naturæ congruit ; arbor enim flores profert quum folia sunt adhuc minima.*

Explic. fig. *a* Denticuli calycis tegumento turbinato germinis adfixi. *b* Germen coronatum denticulis, terminatum stylo mag. naturalis. *c* Flos integer in quo corolla est secta. *d* Stamina. *ee* Filamenta interne externeque spectata. *f* Fructus. *g* Eiusdem sectio. *h* Semen.

498. Halesia diptera. *Lin.* (Tab. CLXXXVII.)

H. Foliis ovatis acutis serratis : fructibus bialatis, pedunculis elongatis.

H. Foliis ovatis, petiolis lævibus. *Lin. loco citato n°.* 2. *Mill. dict. n°.* 2.

H. Fructibus alatis. *Ellis Act. angl. ad calcem articuli supra citati.*

Obs. *Arbor præcedenti adeo similis, ut pro varietate fortasse reputanda sit : folia sunt magis ovata ; fructus duæ alæ maiores, atque pedunculi longiores. Ellis fructum pinxit, quem mea tabula sistit littera* F. *Plantam ibi depictam reperi in herbario D. Lemonier, in qua petioli erant tuberculati, et foliorum paginæ glaberrimæ nec albicantes.*

Habitat cum præcedente. ♄. *V. S.*

PARS XLIII.

DE STYRACE. *Lin.* 599.

Character genericus Styracis.

Calyx turbinatus quinquedentatus persistens.

Corolla monopetala infundibuliformis : tubus brevis : limbus 5-7-partitus patens, laciniis lanceolatis.

Stamina : urceolus, germen cingens, apice partitus in 10-14 filamenta erecta : antheræ oblongæ erectæ.

Germen superum, orbiculatum : stylus subulatus staminibus paulo longior : stigma simplex.

Fructus drupa subrotunda, nonnihil coriacea, nucem osseam continens striatam, quandoque duas.

Obs. *Genus præcedenti affine, a quo differt germine supero atque figura corollæ.*

499. Styrax officinale. *Linn.* (Tab CLXXXVIII. f. 2.)

S. Foliis ovatis integerrimis subtus tomentosis.

S. Officinale *Lin. Sp. pl. vol.* 2. *p.* 301. *Hort. Cliff.* 187.

Aliboufier officinal. *Lamarck Dict. vol.* 1. *pag.* 81.

S. Folio mali cotonei. *Bauh. pin.* 452. *Tournef.* 598.

Styrax. *Cam. epit.* 48. *Lob. ico.* 151. *Duham. arb.* 2. *p.* 290.

Arbor humilis cortice glabro, ramis tomentosis.

Folia alterna ovata, quorum petioli breves tomentosi, desuper viridia glabra, subtus albicantia tomento molli : stipulæ nullæ.

Flores terminales ramosi, stipulis muniti ad basim pedicellorum.

Calyx tomentoso-albicans subhemisphæricus; dentibus 5-7 brevissimis terminatus.

Corolla alba extus villosa : laciniæ 5-6-7.

Stamina subquatuordecim corollâ breviora : antheræ luteæ, subadnatæ.

Germen villosum sulcis quatuot notatum.

Fructus calyce cinctus, tomentosus : nuclei duo.

Habitat in Oriente, Italia, Hispania. ♄. *Floret maio et iunio. V. V.*

Expl. fig. *f* Calyx in cuius centro est germen stylo terminatum. *g* Corolla secta ut appareat urceolus staminifer. *h* Filamentum.

Obs. *Ex hac arbore per incisionem gummi-resinosum eruitur odore gratum quod vulnerarium est et cordiale.* Lamarck.

500. STYRAX GLABRUM. *Lamarck.* (Tab. CLXXXVIII. f. 1.)

S. Foliis subovatis glaberrimis denticulatis; floribus axillaribus cernuis.

S. Foliis ovato-lanceolatis, subdentatis: floribus octandris. *Lamarck. Dict. loco citato n°. 2.*

Caulis arborescens (in hortis quatuor pedes altus), supra ramosus.

Folia alterna nunc ovata, nunc lato-lanceolata, parce denticulata, glaberrima: petioli breves basi incrassati. Stipulæ nullæ.

Flores axillares cernui, solitarii aut bini.

Calyx turbinatus, denticuli breves corollæ adpressi.

Corolla candida profunde 5-fida laciniis apice recurvis.

Staminum urceolus albus: filamenta decem: antheræ luteæ.

Germen orbiculatum: stylus staminibus longior.

Fructus (quem non vidi) est, secundum D. Richard, drupa sphærica subcoriacea, calyce cincta, inæqualiter fissilis, fœta nucleo osseo sphærico substriato, monospermo; aliis seminibus abortivis.

Habitat in America Septentrionali. ♄. *V. floridum mense maio in horto D. Williams.*

Obs. *In omnibus floribus filamenta vidi decem: D. de Lamarck octo reperit.*

Explic. fig. *a* Capitulum. *b* Calyx fissus. *c* Flos integer. *d* Urceolus staminum sectus. *e* Germen cum stylo.

Nota. Tertiam speciem nomine *Styracis benzoë* descriptam atque figuratam esse dicunt a D. Dryander in Transact. philosoph. anni 1787.

PARS XLIV.

DE GALAXIA. *Thunberg.*

CHARACTER GENERICUS GALAXIÆ.

Calyx: spatha univalvis membranacea uniflora.

Corolla monopetala infundibuliformis: tubus filiformis; limbus patens sexpartitus laciniis ovatis obtusis; *quarum tres exteriores ornantur fovea nectarifera.* Thunberg.

Staminum tubus erectus, stylum vaginans, apice sustinens filamenta tria brevissima: antheræ tres ovatæ.

Germen inferum obtuse trigonum: stylus filiformis, staminibus paulo longior: stigmata tria multipartita.

Fructus: capsula oblonga, trilocularis, trivalvis: loculis polyspermis. Semina globosa minima.

Obs. I. *Species hucusque cognitæ sunt plantulæ bulbosæ minimæ ex iridum familia, omnesque exoticæ.*

II. *Genus hoc est valde affine duobus sequentibus Ferrariæ et Sisyrinchio, a quibus differt spatha unica uniflora : ab Ixia vero staminibus in tubum coalitis.*

501. Galaxia ovata. *Thunb.* (Tab. CLXXXIX. f 2.)

G. Foliis ovatis. *Thunberg. nov. gen. pag.* 51. *cum ic. Lamarck, Dict. tom.* 2. *pag.* 591.

Ixia (Galaxia) monadelpha, spatha radicali, foliis ovatis, planis nervosis. *Lin. Supp.* 93.

Radix filiformis descendens affixa bulbo ovato reticulato comoso : bulbuli sæpe plures conglomerati.

Caulis nullus.

Folia radicalia congesta vaginantia ovata obtusa longitudinaliter subvenosa plana glabra, margine subcartilaginea.

Calyx : spatha tenuissima connivens.

Corolla variat coloribus flavo, purpureo, violaceo.

Antheræ flavæ.

Stigmata filiformi-multipartita patentia.

Capsula glabra.

Habitat in Capite Bonæ Spei. V. S. communicatam a D. Thunbergio. Floret a mense iunio usque ad septemb.

502. Galaxia graminea. *Thunb.* (Tab. CLXXXIX. f. 3.)

G. Foliis lineari-filiformibus, tubo longissimo (addo Cav.) *Thub. lococitato. Lamarck, ibid. p.* 592.

Ixia fugacissima monadelpha, spatha radicali, foliis subulatis canaliculatis recurvis. *Lin. Sup.* 94.

Radix ut in præcedenti.

Folia radicalia, fasciculata, basi latiora, inde linearia, apice setacea, integra, canaliculata, glabra, pollicaria quamproxime.

Flores radicales inter folia vaginantia, fasciculati sessiles tubo longo capillari, longitudine foliorum.

Corolla flava, in varietate vero tubus flavus, limbus violaceus.

Reliqua ut in præcedente.

Habitat copiose in collibus inter Cap et Tafelberg. V. S. communicatam a D. Thunbergio, qui dixit : A frigore vespertino circa horam quartam fatiscit corolla atque contrahitur, vixque aperit iterum florem, nisi calidis a splendente sole diebus.

503. Galaxia obscura. (Tab. CLXXXIX. f. 4.)

G. Foliis subulatis canaliculatis, tubo corollæ brevi.

Planta Sisyrinchio affinis. *Commerson. herb. magellanico.*

Radix bulbosa.

Folia imbricata, subulata, canaliculata, acutissima.

Flores solitarii.

Corolla monopetala sexfida ochroleuca, laciniis obtusis retusis.

Staminum tubus corollâ duplo brevior, filamentis tribus brevissimis terminatus, antheriferis.

Germen inferum subovatum. Stylus vaginatus staminum longitudine.

Fructus deest.

Habitat hæc plantula vix sesquipollicaris in monte prope portum Galant *in freto Magellanico, ubi eam reperit Commerson. V. S. unicum exemplar apud D. de Jussieu.*

Explic. fig. *g* Flos integer. *f* Genitalia.

Obs. *Plantulam hanc ad Galaxiam refero quoadusque denuo examinetur a Botanicis, qui certum genus determinabunt.*

PARS XLV.

DE FERRARIA. *Lin.* 1104.

Character genericus Ferrariæ.

Calyx spathæ binæ, alternæ, carinatæ, involutæ: quarum duæ florem unicum continent.

Corolla: petala sex oblonga, alternis brevioribus aut angustioribus.

Staminum tubus erectus corollâ brevior, stylum vaginans: filamenta tria brevissima: antheræ ovatæ.

Germen inferum oblongum subtriquetrum: stylus staminum tubo longior, stigmata tria bifida.

Fructus capsula oblonga, trilocularis, trivalvis; loculis polyspermis. Semina subrotunda.

Obs. *Hoc genus differt a Galaxia et Sisyrinchio inter alia petalis sex alternis inæqualibus.*

504. Ferraria pavonia. *Lin. Supp.* (Tab. CLXXXIX. f. 1.)

F. Petalis planis: interioribus hastatis brevioribus, stigmatibus bipartitis subulatis.

F. Petalis planis, interioribus hastatis; stigmatibus bipartitis filiformibus. *Lamarck Dict. vol.* 2. *p.* 453. *n*°. 2.

F. Petalis interioribus minoribus hastatis. *Lin. Supp.* 407. *et Mutis Amer. v.* 1. *tab.* 15. *ex Linnæo.*

Ocoloxochitl; vel flos tygridis. *Hernand. Mexic. p.* 276.

Moræa pavonia scapo tereti; foliis distichis, flore solitario, corollæ laciniis alternis hastatis. *Thunberg. dissert. de Moræa, p.* 14 *n*°. 20.

Tigridis Flos. *Bauh. pin.* 48. *Dod. pemp.* 693. *Lobel. ic.* 111. *J. Bauh.* 2. *p.* 684. *Rai, hist.* 1165. *Swert. flor. v.* 2. *t.* 31. *f.* 2.

Radix bulbosa tunicata inferne fibrosa.

Caulis sesquipedalis flexuosus articulatus teres punctatus.

Folia ensiformia sulcis profundis extus notata; radicalia longa, caulina, alterna vaginantia.

Calyx spatha longa diphylla biflora, aliam spatham pariter diphyllam continens unifloram, ita ut duo aut tres flores sæpissime caulem terminent.

Corolla maxima superba, sexpetala petalis basi coalitis: horum tria exteriora ab unguibus ad medietatem usque sunt lutea, inde kermesina: interiora vero hastata, dimidio breviora, lutea, quæ sicut et exteriorum pars lutea sunt macullis kermesinis notata, ad instar pellis tigridis, breviora ulterius paginâ inferiori sunt aucta lamellis triangularibus.

Staminum tubus longus corollâ paulo brevior, rubicundus, stylum vaginans, terminatus apice filamentis tribus brevissimis: antheræ totidem lineares semipollicares fuscæ.

Stylus tubo longior: stigmata profunde bifida laciniis subulatis rubris.

Fructus .... Deest in exemplari.

Habitat in Mexico et Peru. V. S. unicum exemplar apud D. de Jussieu. Observata fuit hæc planta atque delineata in regno Peruano a D. Josepho de Jussieu. Duas icones nondum æri incisas conservat sæpius nec satis laudatus amicus meus A. Laur. de Jussieu, quarum altera est vivis coloribus expressa.

Explicatio fig. magnitudinis naturalis. *a* Flos expansus. *b* Petalum exterius. *c* Interius maculis orbatum atque spectatum pagina superiori. *d* Idem inferne visus ut lamella conspiciatur.

505. Ferraria undulata. *Lin.* (Tab. CXC. f. 1.)

F. Petalis margine crispis, æqualibus, interioribus angustioribus: stigmatibus ciliatis.

Ferraria caule multifloro. *Murr. p.* 820. *Jacq. hort. t.* 63. *Lin. Sp. pl. tom.* 4. *pag.* 43.

F. Petalis margine crispis stigmatibus bifidis cucullatis. *Lamarck, Dict. ubi supra n°.* 1.

Flos indicus e violaceo fuscus, radice tuberosa. *Ferr. Cult.* 168. *t.* 1. 171. *Rai, hist.* 1207.

Gladiolus indicus e violaceo fuscus radice tuberosa. *Moris. hist.* 2. *p.* 344. *sec.* 4. *t.* 4. *f.* 7.

Narcissus indicus flore saturate purpureo. *Rudb. Elys.* 2. *p.* 49. *t.* 9.

Iris stellata, cyclaminis radice pullo flore. *Barrel. ic.* 1216.

F. Foliis nervosis ensiformibus vaginantibus, petalis fimbriatis. *Burm. Act. N. C.* 1761. *p.* 109. *t.* 3. *f.* 1.

Moræa undulata scapo ramosissimo, foliis vaginantibus, carnosis corolla crispa. *Thunb. diss. de Moræa p.* 14. *n°.* 21.

Radix tuberosa solida subrotundo-compressa, fibrillis aliquot crassis.

Caules plures teretes compressi subflexuosi foliosi, supra ramosi, sesquipedales.

Folia amplexicaulia, alterna, disticha, ensiformia, striata, inferiora sesquipedalia, ultima brevia; limbus albicans.

Flores bini in summitatibus : horum alter pro spatha habet duo foliola arcte amplexantia; alter vero propriam habet spatham teneram membranaceam.

Corolla flavescens maculis, punctisque variegata fuligineis, fœtida : cuius petala sex basi coalita sunt æqualis longitudinis, alternatim vero angustiora.

Staminum tubus albicans, punctis fuscis, stylum vaginans, terminatus apice filamentis tribus brevissimis : antheræ ovatæ fuscæ incumbentes.

Germen triquetrum : stylus longitudine tubi : stigmata tria profunde bifida laciniis apice ciliatis.

Fructus ut supra in charactere generico.

Habitat in India Orientali. ♄. *V. V. Colitur in R. H. P. floretque maio.*

Obs. *Commersonius descripsit ac perfectissime delineandam curavit hanc plantam nomine Veroniæ. Iconem vidi apud D. de Jussieu.*

Explic. fig. *a* Tubus staminum. *b* Capsula dehiscens. *c* Semen. *d* Germen, stylus, stigmata.

PARS XLVI.

DE SISYRINCHIO. *Lin.* 1103.

Character genericus Sisyrinchii.

Calyx communis : spatha diphylla, multiflora, valvulis acuminatis sæpe compressis; acutis : partialis nullus.

Corolla : petala sex oblonga obovata patentia sæpe acuminata.

Staminum tubus erectus stylum vaginans, apice sustinens filamenta tria brevissima : antheræ totidem ovato-oblongæ.

Germen inferum obovatum striatum : stylus longitudine tubi staminiferi : stigmata tria, sæpe reflexa.

Fructus : capsula ovato-trigona, trivalvis, trilocularis : semina plura globosa nigra.

Obs. I. *Genus hoc differt a Galaxia spatha diphylla multiflora : a Ferraria, petalis æqualibus et spatha diphylla multiflora.*

II. *Sisy. Narcissoides differt a congeneribus corollâ monopetalâ infundibuliformi.*

III. *Omnes Sisyrin. species sunt exoticæ, herbaceæ, ex iridis familia : caulis in quibusdam anceps, in aliis teres.*

Species.

506. Sisyrinchium micranthum. (Tab. CXCI. f. 2.)
S. Radice fibrosa : caule ancipiti bipollicari : foliis alternis canaliculatis : floribus minimis.
Bermudiana graminea. *Jos. de Jussieu herb. et mss.*
Radix fibrosa brevis.
Caulis minimus filiformis utrimque alatus, ramosus.
Folia ensiformia canaliculata vaginantia, radicalia numerosa, caulina alterna.
Flores subtres, pedicellis capillaribus ex centro spathæ terminalis et longæ prodeuntes, minimi.
Corollæ petala acuminata vix sesquilinearia.
Germen parvum globoso-triquetrum.

Habitat in Peru : examinatum ibi a D. Josepho de Jussieu. V. S. unicum exemplar apud eius nepotem

507. Sisyrinchium anceps. (Tab. CXC. f. 2.)
S. Caule simplici ancipite sæpius aphyllo : spatha floribus longiore.
S. Bermudiana. *Linn. var. α. Sp. pl. tom. 4. p. 42.*
Bermudienne graminée : Sisyrinchium caule simplici alato, spathis inæqualibus flores superantibus. *Lamarck Dict. tom. 1. p. 408.*
S. Angustifolium. *Miller. Dict. n°. 2.*
S. Cœruleum parvum, gladiato caule, virginianum. *Pluk. Alm. 348. tab. 61. fig. 1.*
Bermudiana graminea, flore minore cœruleo. *Dill. Elth. 49. t. 41. f. 49.*
S. Minus. *R. H. P.*
Radix fibrosa.
Caulis spithamæus filiformis utrimque alatus, ita ut planus et anceps appareat, simplex atque sæpissime aphyllus.
Folia radicalia lineari-acuta, basi amplexicaulia : caulina, si dantur, amplexicaulia vaginantia carinata.
Flores 3-5 propriis pedicellis sustentati, prodeuntes ex spatha, cuius folia valde inæqualia, alterumque floribus longius.
Staminum tubus corolla brevior : antheræ luteæ oblongæ sulcatæ.
Corolla : petala sex ovato-oblonga, terminata apice setula : suntque intus cœrulea, extus albicantia, in centro aurantia.
Stigmata reflexa.
Capsula nigricans : semina valvularum diaphragmati affixa utrimque tria.

Habitat in Virginia. ♃. Habui floridum mense iulio. Colitur in R. H. P.

Obs. *Hæc species est valde affinis sequenti, verumtamen semper duplo brevior, caulisque fere semper aphyllus, spathaque floribus longiores.*

f. Fructus dehiscens.

508. SISYRINCHIUM BERMUDIANUM. *Linn.* (Tab. CXCII. f. 1.)

S. Caule ancipiti ramoso folioso ; spathis subæqualibus flore brevioribus. *Lamar. Dict. loco cit. n°.* 2.

S. Bermudiana. *Lin. loco cit. Variet. β Mill. Dict. n°.* 1.

Moræa bermudiana : scapo ancipiti, foliis distichis, floribus capitato-umbellatis, spathis membranaceis ? *Thunb. diss. de Moræa*, *p.* 7. *n°.* 5.

S. Bermudiense floribus parvis ex cœruleo et aureo mixtis. *Pluk. Alm.* 348. *t.* 61. *f.* 2.

Bermudiana iridis folio, radice fibrosa. *Tournef.* 388. *Dill. Elth.* 48. *tab.* 41. *fig.* 48.

S. Maius. *R. H. P.*

Ex eadem radice fibrosa caules prodeunt numerosi pedales et amplius filiformes utrimque membrana instructi, ramosi foliosi.

Folia alterna ensiformia vaginantia, longa.

Spatha floribus brevior.

Reliqua ut in præcedenti.

Habitat in insulis Bermudianis. ♃. *Habui floridum mensibus maio, iunio et iulio. Colitur in R. H. P.*

Explic. fig. *a* Capitulum floris. *b* Germen, stylus. *B* Genitalia aucta. *c* Anthera valde aucta. *d* Capsula. *e* Eadem dehiscens. *f.* Valvula in qua semina dissepimento sunt affixa. *g* Semen.

509. SISYRINCHIUM GLANDIFLORUM. (Tab. CXCII. f. 2.)

S. Radice bulbosa ; caule tereti : foliis striatis, floribus magnis.

Radix : bulbus tunicatus, fibrillis capillaribus basi coronatus.

Caulis simplex teres (ad instar culmi graminei) simplex pedalis, nodis distinctus, apice floridus.

Folia longissima, radicalia fere pedalia, caulina alterna vaginantia ensiformia striata, tres lineas lata, valde acuminata.

Spatha terminalis, foliis membranaceis cucullatis, altera alteram basi includente, subæqualibus acuminatis flore brevioribus, ex cuius centro successive prodeunt tres pluresque flores propriis pedicellis.

Corolla sesquipollicaris lutea (in sicco) petalis apice rotundatis.

Staminum tubus albicans corolla brevior : antheræ oblongæ, stigmatibus longiores.

Habitat in Peru. V. S.

510. SISYRINCHIUM COLLINUM.

S. Scapo tereti, folio dependente, laciniis corollæ subæqualibus. *Thunberg. diss. de Moræa*, *p.* 11. *n°.* 13.

Radix bulbosa, fibrosa, ovata, striata.

Scapus ramosus erectus multiflorus, glaber pedalis.

Rami alterni compressi, spathis involuti, glabri, uniflori, bipollicares ex eodem centro circiter tres inæquales.

Folium unicum ensiforme, scapo duplo longius, inferne vaginans, integerrimum striatum glabrum concaviusculum dependens.

Flores terminales in ramis solitarii.
Spatha bivalvis, pedunculos vaginans, lanceolata, longe acuminata concava striata glabra viridis pollicaris; valvulæ subæquales.
Corolla exapetala erecta : laciniæ oblongæ obtusæ subæquales patentes, carneæ vel flavæ, extus linea nigra; inferne crassiores basi connatæ incarnatæ vel viridi-flavescentes, angustatæ : tribus exterioribus basi fovea nectarifera.
Filamenta tria, tota connata in cylindrum, corolla dimidio breviora : antheræ lineares emarginatæ, intus planæ, extus trisulcæ, flavæ, dente utrimque unico.
Germen inferum ovatum trisulcum glabrum : stylus trigonus trisulcatus, staminibus paulo longior, superne incrassatus flavescens : stigmata tria trigona subclavata, cucullato bilabiata : labio exteriore truncato emarginato : interiore bipartito laciniis acutis, brevibus inflexis.
Capsula oblonga trisulcata, sensim crassior, glabra, trivalvis, trilocularis, pollicaris.

Habitat prope Cap. B. Spei extra urbem copiosissime et alibi vulgaris : floret iunio et sequentibus mensibus : variat flore flavo et aurantiaco.

Obs. *Supra dictam descriptionem transtuli ex citato opere. Planta est certe monadelpha in qua reperiuntur characteres aliqui Galaxiæ, Ferrariæ et Sisyrinchii; quoniam vero spatha gaudet diphylla, atque petalis subæqualibus, ad hoc genus eam revoco, quamquam inter dubias species e quorum numero sunt sequentes.*

511. Sisyrinchium narcissoides. (Tab. CXCI. f. 3.)
S. Caule tereti, radice fibrosa, foliorum vaginis inflatis, corollis infundibuliformibus nutantibus.
Sisyrinchium? *Comm. herb.*
Radix fibrosa, fibris latiusculis capillaris.
Caulis simplex teres pedalis, terminatus spatha diphylla multiflora.
Folia longissima angusta acutissima, caulem alternando vaginantia, vagina bursiformi.
Spathæ foliola striata alterum alium basi includens, ambo acuta florumque pedicellis breviora.
Flores 3-5 nutantes.
Corolla alba monopetala infundibuliformis : tubus longus subrubens, sensim dilatatus; limbo sexfido, laciniis lanceolatis apice setosis.
Staminum tubus, stylum vaginans, apice terminatus, filamentis tribus brevissimis : antheræ ovatæ luteæ.
Germen inferum ovoideum sextriatum : (Stylos tres setaceos *dixit Commersonius.*)

Habitat in freto Magellanico. Observatum a Commers. V. S. communicatum a D. de Jussieu.

Obs. *Datur varietas egregia floribus intus et extus purpura intensa longitudinaliter striatis.* Comm.

512. SISYRINCHIUM PALMIFOLIUM. *Lin.* (Tab. CXCI. f. 1.)

S. Radice bulbosa; foliis radicalibus petiolatis nervosis ensiformibus.

Bermudiana palmæ folio, radice bulbosa. *Plum. mss. 3. t. 136. Tournef.* 388. *Burm. Americ. p. 35. tab. 46. f. 2.*

S. Foliis ensiformibus nervosis. *Lin. Sp. pl. loc. cit. n°. 3.*

Bermudienne nerveuse. *Lamarck. Dict. loco cit. n°. 3.*

Radix est bulbus prolifer ex tunicis plurimis compositus intus candidis, ex quo prodeunt caules teretes, glabri, enodi nudi, sesquipedales, in cuius summitate reperitur spatha universalis ex duobus foliis composita, sæpe inæqualibus, ex qua tamquam ex vagina rami prodeunt floriferi.

Folia radicalia, plura sesquipedalia, sesquipollicem lata, utrimque acuminata, rigida, nervis 5-6-7 ornata, petiolo innixa inæqualis longitudinis at ipsis multo breviore.

Flores in summitatibus ramulorum numerosi, parvi, glumis membranaceis lanceolatis fasciculatis distincti.

Corolla alba (liliaceam et pentapetalam dixit Plumierius!) Stamina incerta dixit cl. auctor, nunc 4, nunc 5: at ego in floris examine tria vidi lineam longa, basi supra germen coalita: antheræ oblongæ adnatæ, flavæ.

Germen certe inferum subtriangulare parvum basi acutum.

Stylus.... Stigmata.... Fructus... nihil de his Plumierius.

Habitat in insula Sancti-Dominici. V. S. apud D. de Jussieu.

Obs. *Cum dubio, ut dixi, ad Sisyrinchium reduco plantam, de cuius fructificatione licet adhuc dubitari: illam descripsi atque depinxi, potius ut innotescat quid restet viatoribus botanicis inquirendum, quam ut certi quidquam prodam. Potuit certe Plumierius inter stamina stigmata quoque numerare, qui ulterius dixit omnes fere flosculos abortivos esse.*

Explic. fig. *a* Summitas ramuli floridi. *b* Genitalia aucta.

FINIS VI DISSERTATIONIS.

MANTISSA III.

n. 15. Sida pyramidata. (Tab. CXCIV. f. 1.)
Explic. fig. *A* Calyx. *B* Genitalia. *C* Fructus intra calycem. *D* Idem extra calycem. *E* Capsula.

39. Sida rotundifolia. (Tab. CXCIV. f. 2.)
Explic. fig. *F* Fructus. *G* Capsula. *S* Semen. Addatur: *Tota planta tomentosa.*

56. Sida stellata. Variat capsulis 5-6-7.

63. Sida terminalis. (Tab. CXCV. fig. 2.)
Explic. fig. *A* Fructus. *B* Capsula cum seminibus. *C* Semen.

79. Sida reflexa. (Tab. CXCV. f. 1.)
Explic. fig. *aa* Flores. *b* Capitulum ante expansionem. *c* Calyx. *d* Genitalia.

513. Sida foetida. (Tab. CXCVI. f. 1.)
S. Caule erecto atro-purpureo: foliis ovatis, cordatis, serratis, fœtidis.

Planta valde fœtida.

Caules erecti teretes atro-purpurei, ramis erectis alternis subpubescentibus, sesquipedales.
Folia alterna, petiolis subæqualia, ab hisque sæpissime dependentia, crassiuscula tactuque mollia, cordata lobis inferioribus se tegentibus, ovato-acuminata, serrato-dentata. Stipulæ tubulatæ, deciduæ.
Flores axillares, solitarii, pedunculis petiolo brevioribus, pilis aliquot quemadmodum et in petiolis.
Calyx ovato-globosus semiquinquefidus, parvus.
Corolla lutea petalis orbicularis.
Staminum tubus brevis, apice coronatus filamentis brevissimis: antheræ reniformes (omnia lutea.)
Germen globosum 7-8 striatum: styli tot quot striæ, virides, recurvi: stigmata globosa.
Fructus figura germinis ex tot capsulis compositus quot fuerunt styli: istæ sunt monospermæ. Semina reniformia.
Habitat in regno Peruano prope Limam. V. V. in R. H. P. mense augusto.
Obs. *Ad S. crispam accedit habitu, at fœtor faciesque tetra a congeneribus eam*

distinguit; quam reputo eamdem cum illa de qua sermonem feci in prima dissertatione pagina 31 ad calcem Sidæ crispæ.

Explic. fig. *a* Germen. *b* Idem auctum. *c* Tubus staminifer. *d* Idem auctus. *e* Petalum. *f* Fructus. *g* Capsula. *h* Semen.

514. Sida ovata. (Tab. CXCVI. f. 2.)

S. Caule prostrato ramoso : foliis ovatis cordatis crenatis : floribus axillaribus solitariis pedunculatis.

Caules filiformes rubescentes prostrati, ramosi subtomentosi pedales et amplius.

Folia alterna petiolis breviora, cordato-ovata, crenata, utrimque viridia, fere glabra. Stipulæ subulatæ parvæ patentes.

Flores solitarii axillares longitudine fere petiolorum.

Calyx turbinato-pentagonus, laciniis acuminato setosis.

Corolla parva patens lutea, petalis emarginatis.

Styli quinque totidemque capsulæ monospermæ.

Habitat in Insula Sancti-Dominici. V. floridam in R. H. P. mense iulio.

Obs. *Hæc planta est eadem cum illa de qua verba feci in prima dissertatione n°.* 10. *ad calcem Sidæ pilosæ, a qua diversa videtur : etenim tota est fere glabra, foliaque habet magis accedentia ad formam orbicularem.*

190. Pavonia typhalæa. (Tab. CXCVII.)

Obs. *Plantam reperi in herbario D. de Jussieu, atque figuram inter nonnullas quæ sine ordine exsistunt ad calcem tertii voluminis mss. Plumieri, ex quibus et iconem meam et descriptionem erui.*

Caules teretes ramosi tomentosi.

Folia utrimque acuminata, serrata, semipedem longa, uninervia, inferne glauca, desuper viridia, petiolis tomentosis multoties longiora, atque utraque pagina punctata, quorum puncta sunt pili stellati minimi. Stipulæ lanceolatæ.

Flores terminales capitati, stipulis stipati.

Ambo calyces semiquinquefidi persistentes.

Corolla lutea, calyce paulo maior.

Staminum tubus petalis brevior, apice terminatus filamentis brevissimis : antheræ reniformes.

Germen globosum : stylus simplex apice octofidus stigmatibus nigricantibus in sicco. (Linnæus dixit stigmata decem.)

Fructus : capsulæ quinque in globum adproximatæ, unaquæque terminata aristis tribus conniventibus hamatis.

Semen unicum.

Habitat in Insula Sancti-Dominici, ubi reperit D. Desportes.

Expl. fig. *a* Calyx exterior. *b* Interior. *c* Genitalia. *d* Germen, stylus, stigmata aucta. *e* Stamina aucta. *f* Corolla expansa. *g* Fructus intra calyces. *h* Idem extra ipsos. *i* Capsula. *k* Semen.

Obs. *Conserventur synonyma adducta in tertia dissertatione n°.* 190, *atque*

addatur quod reperi in herbario D. Desportes. Anonymos floribus conglobatis semine hordaceo.

199. Pavonia præmorsa.
Exemplar siccum accepi a D. Jacquino, quod idem omnino est cum Pav. cuneifolia: quare numeri 198 et 199 eamdem speciem sistunt.

515. Pavonia leptocarpa. *Lin. Supp. inter Urenas.*
P. Foliis lanceolatis serratis, calycibus pentaphyllis.
Urena foliis lanceolatis serratis. *Linn. Supp. p.* 308.
Frutex decempedalis, ramis teretibus.
Folia alterna petiolata remota lanceolata serrata.
Flores terminales glomerati sessiles capitati.
Calyx exterior foliolis quinque lanceolatis: interior minor foliolis totidem.
Corolla magnitudine vix ranunculi acris: cuius petala oblonga calyce duplo longiora.
Stamina monadelpha petalis non longiora.
Germen subrotundum: styli quinque: stigmata simplicia.
Capsula subrotunda æqualis, superne cincta mucronibus quindecim, quinquelocularis vel discedens quinque partibus. Semina oblonga solitaria.
Habitat in Surinamo. C. G. Dahlberg. ♄.
Hæc Linnæus in Supplemento loco citato, ubi dixit hanc plantam mediam esse inter Urenas et Hibiscos, re tamen vera nihil ipsi cum Hibisco commune. Ipsius genus est determinatu difficile, quamquam ad Urenam et Pavoniam accedat; ex fructu vero, Pavoniæ malo quam Urenæ adnumerare: in Urena enim capsulæ numquam sunt mucronatæ sed echinatæ, aristæque in singulis capsulis numerosæ, numquam definitæ ut in Pavoniæ speciebus spinosis quarum capsulæ tribus spinis instruuntur. Consulantur characteres utriusque generis.

250. Hibiscus esculentus.
In herbario D. Vaillant exstat planta huic affinis, quæ ab ipso describitur: *Ketmia Ægyptia vitis folio, parvo flore.* Additque synonyma: *Alcea indica parvo flore.* C. B. Pinax. *Alcea Ægyptia. Clus. hist.* 27.
Folia sunt dentata atque profunde partita in 3-5 lobos.
Caulis herbaceus.
Calyces decidui: exterior ex pluribus foliolis lanceolatis villoso-ciliatis; interior tubulosus apice quinquedentatus.
Capsula pyramidata hispida sesquipollicaris: loculamentis polyspermis 6-7. Semina subglobosa nigra.

252. Hibiscus sabdarifa. (Tab. CXCVIII. f. 1.)
Flores subsessiles.
Calyx exterior monophyllus crassus basi turbinato-hemisphæricus, terminatus laciniis sub-12 crassis rubris subulato-triquetris: interior maior, semiquinque-

fidus, luteus, laciniarum limbo et costa purpureis : fructifer saturate ruber, auctus.

Corolla calyce duplo maior, campanulato-patens, petalis dilute flavis, tinctisque colore roseo dilutissimo : horum ungues macula ornantur rubra.

Staminum tubus brevis purpureus, parce filamentosus : antheræ flavæ parvæ.

Germen ovatum : stylus simplex : stigmata quinque globosa saturate purpurea, et subtomentosa.

Fructus calyce interiori tectus, estque capsula ovata 5-locularis, loculis polyspermis.

Floruit in R. H. P. mense iulio. V. V.

Obs. *Folia sunt uniglandulosa.*

516. Hibiscus militaris. (Tab. CXCVIII. f. 2.)

H. Foliis serratis hastatis acutissimis, floribus magnis pulcherrimis : petalis bifidis.

Tota planta glaberrima.

Caules teretes glabri tripedales, simplicissimi.

Folia alterna distantia subcordata hastata, lobo medio longissimo, acutissimo, serrata, petiolis paulo longiora. Stipulæ subulatæ longæ arcuato-erectæ deciduæ.

Flores axillares et terminales pedunculis crassis, petiolo erectis, subæqualibus.

Calyx exterior ex 12-16 foliolis longis linearibus acutis, angustis : interior paulo maior semiquinquefidus laciniis quinquenervis.

Corolla magna campanulato-patens extus purpurea, fundo saturatior, limbo albicante : cuius quinque petala sunt bifida præmorsa, venisque purpureis protuberantibus ornata.

Staminum tubus albicans corolla brevior : antheræ reniformes rubescentes.

Germen ovatum : stylus simplex filiformis, tubo longior, apice exerto quinquefido, laciniis revolutis : stigmata globoso-compressa villosa, dilute rosea.

Fructus.

Habitat in Ludoviciana. ♄. *Habui floridum ultimo augusto.*

Obs. *Collocari debet hæc species post hib. pentacarp. cui affinis n°.* 205.

400. Geranium pilosum. (Tab. CIC.)

417. Sterculia platanifolia.

Flores paniculati, paniculis terminalibus maximis ramosis aphyllis : in ramulorum extremitatibus flores turmatim, breviter pedunculati, qui ante expansionem sunt globulosi, tomentoque brevi rufescentes.

Calyx oblongus profundissime partitus in quinque lacinias lanceolatas versus pedunculum revolutas, trium linearum longas, semilineam latas : prope basim internam cavam saturate kermesinas, dehin glauco rubentes.

Ex harum centro albo, stipes assurgit longitudine calycis, versus apicem roseus, atque coronatur globulo genitalium, in quo exsistunt antheræ 15 oblongæ striatæ luteæ subsessiles ad partem exteriorem et terminalem stipitis.

Flores sunt perfecti, aut imperfecti : in illis ex antherarum centro et stipitis apice germen adsurgit conicum quinquesulcatum roseum, cuius stylus simplex sensim angustatur, atque apice recurvo terminatur stigmatibus quinque globulosis minimis.

Imperfecti vero intra antherarum globulum germen effœtum fovent minimum quinquesulcatum.

Floruit hæc arbor iulio et augusto in R. H. P. Fructum nullum dedit.

Obs. *Tempore siccissimo flores imperfectos protulit, qui primò obtutu mares videbantur : pluit deinde copiosissime initio augusti, atque flores perfectos hermaphroditos omnes dedit. Quare fieri potest arborem hermaphroditam esse, atque humiditatis defectui tribuendum, si flores imperfectos initio protulit, in quibus germen exsiccabatur antequam debitam magnitudinem attingeret.*

Explic. tabulæ 145 in qua summitas arboris repræsentatur magnitudine naturali multoties minor. *a* Flos imperfectus. *b* Perfectus magnitudine naturali. *c* Semen. *d* Germen auctum. *e* Genitalia aucta. *f* Anthera multoties aucta.

517. Sterculia carthaginensis.

S. Foliis semiquinque lobis, floribus dodecandris.

Helicteres apetala foliis semiquinquelobis floribus decandris apetalis. *Jacq. Amer. p.* 238.

Arbor elegans quadraginta pedes alta.

Folia semiquinqueloba, lobis ovato-subrotundis, acutis, integerrimis, facie glabra, dorso subvillosa, plusquam pedalia, numerosa : petioli teretes novempollicares.

Flores fœtidissimi paniculati, paniculis laxis magnis numerosis terminantibus ramulos.

Calyx sordide flavescens cum maculis purpureis, monophyllus campanulatus, amplissimus, patens, semiquinquefidus, laciniis ovato-acutis, semireflexis extus villosis.

Stamina : filamenta circiter quatuordecim subulata brevissima ad basim germinis receptaculo inserta : antheræ subrotundæ didymæ.

Germen subrotundum quinquesulcatum, insidens receptaculo filiformi recurvo, calyce fere duplo breviori : stylus subulatus reflexus longitudine germinis : stigma capitatum obsolete quinquefidum.

Habitat in Carthagenæ sylvis, Camajon duro, *vulgo dicta.* ♄. *Floret mensibus maio et iunio.*

Planta mihi ignota, ex descriptione tamen a Jacquino tradita ad sterculiam referenda videtur.

432. Bombax globosum.

Folia sunt glaberrima sæpe septenata, foliolis inæqualibus media longiore, inferioribus brevioribus. Gossypium rufescit. Calyx persistens cyathiformis coriaceus apice quinquecrenatus : flores fasciculati pedunculis crassis, duarum linearum longis.

518. GOSSYPIUM EGLANDULOSUM.

G. Caule villoso : foliis quinquelobis eglandulosis : lobis tribus oblongis acuminatis.

Hæc planta, quæ initio septembris florebat in Reg. Hortu Parisiensi, valde affinis est Gossypio hirsuto n°. 448, a quo differt defectu glandularum, quæ nullæ sunt in foliorum nervis quemadmodum et in calycibus : horum exterior est magnus, segmentis profunde cordatis, apice tri-quinquedentatis : corolla est flava calyce paulo longior, petalis quinque in campanulam convolutis, basi maculatis.

Stigmata tria.

Hæc ergo species poterit fortasse esse eadem cum Goss. herbaceo Linnæi, cui folia sunt quinqueloba, subtus eglandulosa.

ERRATA.

Pag. 310, n°. 444, glandulosis, *lege* eglandulosis.
Pag. 311, n°. 445, MIERANTUM, *lege* MICRANTHUM.
Pag. 322, *lin.* 11, acuræ, *lege* acutæ.
Pag. 326, n°. 471, involucrum-fidum, *lege* involucrum trifidum.
Pag. 355, n°. 490, filiorum, *lege* foliorum.
Pag. 344, n°. 513, tubulatæ, *lege* subulatæ.

EXTRAIT des Registres de l'Académie Royale des Sciences, du 3 septembre 1788.

NOUS avons examiné, par ordre de l'Académie, une sixieme dissertation latine et botanique de M. l'Abbé CAVANILLES sur quatorze genres de plantes qui ont tous le caractere commun de la réunion des filets, des étamines, et font conséquemment partie de la Monadelphie de Linné.

Dans ce nombre quatre servent à compléter la famille des Malvacées, dont M. Cavanilles a examiné tous les autres genres dans ses précédentes dissertations; quatre autres tiennent le milieu entre les Malvacées et les Tilleuls; deux appartiennent à l'ordre des Plaqueminiers, un à celui des Câpriers; et trois, bien différents des précédents, constituent une section particuliere dans l'ordre des Iridées.

Les quatre genres de l'ordre des Malvacées sont le *Gossypium* ou Coton, le *Waltheria*, le *Malochia* et l'*Urena;* l'auteur met dans leur description et leur examen le même soin que dans ses observations précédentes, et il rapporte sous ces genres trente especes, dont onze sont nouvelles, ou n'étoient pas encore connues des Botanistes.

Les quatre suivants, voisins des Tilleuls, sont le *Camelia*, le *Gordonia*, le *Mehernia* et l'*Hermannia*, quatre especes appartenant aux deux premiers genres, et qui étoient déja connues; mais sur vingt-trois especes rapportées aux deux seconds et mentionnées dans cette dissertation, six sont nouvelles, et quelques autres, connues imparfaitement, sont maintenant fixées.

Cinq especes déja connues composent les genres de l'*Halesia* et du *Styrax*, tirés de l'ordre des Plaqueminiers, et celui du *Morisonia*, voisin des Câpriers. L'auteur a examiné avec soin leurs caracteres, sur-tout ceux des deux premiers. Trois genres de l'ordre des Iridées, qui terminent cette série, comprennent douze especes, dont quatre nouvelles. Ces genres sont le *Galaxia*, le *Ferraria* et le *Sisyrinchium;* ce dernier sur-tout est examiné d'une maniere très détaillée, et offre trois especes inconnues.

Toutes ces plantes, au nombre de soixante et quatorze, sont pour la plupart dessinées par l'auteur et gravées dans trente-cinq planches, exécutées comme celles des dissertations précédentes. L'auteur termine ce travail par un supplément à ses premiers ouvrages, contenant quelques nouvelles especes des genres précédemment décrits; savoir, deux *Sida*, un *Pavonia* et un *Hibiscus*. Il y joint des descriptions ou des figures plus exactes de onze autres especes de différents genres, qu'il a eu occasion de mieux connoître; et les plantes de ce supplément composent six nouvelles planches, qui portent à quarante-un le nombre compris dans cette dissertation.

Ce nouveau travail nous fait desirer que l'auteur continue à s'occuper suc-

cessivement de l'examen de diverses familles de plantes; et nous pensons que sa dissertation mérite, au même titre que les précédentes, d'être approuvée par l'académie et imprimée sous son privilege.

Au Louvre, le 3 septembre 1788. *Signés*, DE JUSSIEU, DE LAMARCK.

Je certifie le présent Extrait conforme à l'original et au jugement de l'Académie. A Paris, ce 17 *septembre* 1788.

Signé, *le Marquis* DE CONDORCET.



A. J. Cavanilles del.

Sellier sculp.


BRITISH MUSEUM



A. J. Cavanilles del.

Sellier sculp.





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

1. GOSSYPIUM RELIGIOSUM. 2. GOS. HERBACEUM. Tab. CLXIV.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.





J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*





J. Cavanilles del. Sellier sculp.

GOSSYPIUM HIRSUTUM. Tab. CLXVII.



A. J. Cavanilles. *Sellier sculp.*

GOSSYPIUM PERUVIANUM

Tab. CLXVIII.



A. J. Cavanilles del.

Sellier sculp.


MUSEUM



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.


BRITISH MUSEUM

1. MELOCHIA PYRAMIDATA. 2. MELOCHIA TOMENTOSA.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

1. MELOCHIA DEPRESSA. 2. MEL. ODORATA.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



Fig. 1.

Fig. 2.

o p q r s

O P

A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

1. MELOCHIA HIRSUTA. 2. MELO. CONCATENATA. Tab. CLXXV.

Fig. 1.

Fig. 2.




d e f



k

A. J. Cavanilles del.

Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

1. HERMANNIA INVOLUCRATA. 2. HERM. PROCUMBENS. 3. MAHERN. PULCHELLA. Tab. CLXXVII.

























A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

1. MAHERNIA HETEROPHYLLA. 2. HERMANNIA TRIFURCATA 3. H. TRIPHYLLA. Tab. CLXXVIII.

Fig. 1

a b c d e f





A. J. Cavanilles del. Selher sculp.

1. HERMANNIA ALNIFOLIA. 2. HERMANNIA ALTHÆIFOLIA. Tab. CLXXIX.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.





A. J. Cavanilles delin. Sellier sculp



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



1. URENA LOBATA. 2 URENA SINUATA. Tab. CLXXXV



A. J. Cavanilles delin. Sellier sculp.

HALESIA TETRAPTERA. Tab. CLXXXVI.



A. J. Cavanilles del. *Selher sculp.*

HALESIA DIPTERA. Tab. CLXXXVII.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp

1. STYRAX GLABRUM 2. STYRAX OFFICINALE. Tab. CLXXXVIII.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



GALAXIA ovata.



GALAXIA graminea.



GALAXIA obscura.

A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.





A. J. Cavanilles del.

Sellier sculp.

1. SISYRINCHIUM BERMUDIANA. 2. SISYRIN. GRANDIFLORUM. Tab. CXCII.



A. J. Cavanilles del. *Selher sculp.*





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

1.

A B C D E



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

I. SIDA REFLEXA. 2. SIDA TERMINALIS. Tab. CXCV.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



PAVONIA TYPHALÆA. Tab. CXCVII



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

1. HIBISCUS SABDARIFFA. 2. HIBISCUS MILITARIS. Tab. CXCVIII.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

GERANIUM PILOSUM.



A. J. Cavanilles del.

Sellier sculp.



1. MAHERNIA GLABRATA. 2. MAH. BISERRATA. Tab. CC.

Fig. 1.




A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

STRIGILIA RACEMOSA. Tab. CCI.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*




SANDORICUM INDICUM



A. J. Cavanilles. del.

Sellier. Sculp.

SANDORICI FRUCTUS. Tab. CCIII.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp*

TURREA. GLABRA. Tab CCIV



A.J. Cavanilles. del. Sellier. Sculp

I. TURRÆA LANCEOLATA 2. TURRÆA TOMENTOSA Tab. CCV.



A. J. Cavanilles del. *Sellier Sculp*

TICOREA. FŒTIDA.



A.J. Cavanilles. del. Sellier. Sculp.

MELIA AZEDARACH. Tab. CCVII.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*



MELIA AZADIRACHTA. Tab. CCVIII.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.


GUAREA TRICHILIOIDES Tab. CCX.



A.J Cavanilles del. *Sellier Sculp.*


HISTORY

QUIVISIA DECANDRA. Tab. CCXI.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp



QUIVISIA OVATA. Tab. CCXII.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*

QUIVISIA HETEROPHYLLA. Tab. CCXIII.


Fig. 1.





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

QUIVISIA OPPOSITIFOLIA. Tab. CCXIV.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp*

PORTESIA OVATA. Tab. CCXV.




A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*

PORTESIA MUCRONATA Tab. CCXVI.



A. J. Cavanilles del. Selher sculp.



A. J. Cavanilles del.

Sellier sculp.

AQUILICIA SAMBUCINA. Tab. CCXVIII.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

AVERRHOA BILIMBI. Tab. CCXIX.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.


HISTORY

OCTAVA

DISSERTATIO

BOTANICA,

Erythroxylon et Malpighiam complectens;
18 tabulis ornata.

AUCTORE ANTONIO IOSEPHO CAVANILLES HISPANO-VALENTINO,
SCIENTIARUM UPSALENSIS ACADEMIÆ SOCIO, etc.

PARISIIS,

APUD FRANCISCUM AMB. DIDOT.

M. DCC. LXXXIX.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIÆ SCIENTIARUM ACADEMIÆ.

OCTAVA

DISSERTATIO BOTANICA

De Erythroxylo et Malpighia.

18 *Tabulis ornata.*

ERYTHROXYLON. *Lin.* 625.

CHARACTER GENERICUS.

Calyx monophyllus, turbinatus, quinquedentatus, persistens.
Corolla pentapetala : petalis ovatis, patentibus, basi urceoli staminiferi insertis : squamulæ quinque erectæ, emarginatæ imis petalis intus insertæ.
Stamina : urceolus germen cingens, terminatus filamentis decem æqualibus, sæpe persistentibus. Antheræ globosæ, didymæ, incumbentes.
Germen superum, ovato-oblongum : styli tres : stigmata capitata.
Fructus : drupa ovato-oblonga, fœta nuce nonnihil sulcata, uni, aut triloculari : semina oblonga in loculamento solitaria.

Obs. I. *In unum coniunguntur Erythroxylon Linnæi, Browni, et Jacquini cum Roëlana et Venelia Commersonis.*

II. *Species omnes sunt arbores aut frutices, exoticæ, quæ delectantur in regionibus calidioribus utriusque Indiæ. Rami sunt ipsis alterni, apice compressi : folia alterna uninervia integerrima, breviter petiolata, atque instructa squamula axillari decidua, sæpe amplexicauli : pedunculi uniflori.*

SPECIES.

546. ERYTHROXYLON LONGIFOLIUM. *Lamarck.* (Tab. CCXXV.)
E. Foliis oblongis, crassis, nitidis : squamulis acutis deciduis : floribus axillaribus.
Arbor ligustri foliis crassioribus, floribus axillaribus albis. *Commer. herb.*
Er. Foliis oblongis glabris integerrimis : pedunculis subsolitariis. *Lamarck Dict. vol. 2. p. 392. n°. 6.*

An E. foliis ellipticis, lineis binis longitudinalibus subtus notatis, fasciculis florum sparsis *Brown. Iam.* 278. *t.* 38. *f.* 2?

Caulis fruticoso-arborescens, ramosus.

Folia alterna, lanceolata, crassa, nitida, basi in petiolum attenuata, uninervia. Squamula semiamplexicaulis, apice acuta, decidua.

Flores parvi, axillares solitarii, bini, aut terni; pedunculis sensim versus florem incrassatis.

Calycis dentes acuti.

Corolla alba calyce multo maior: squamulæ petalorum in coronam dispositæ.

Staminum urceolus calyce longior: filamenta rubentia (in sicco:) corollæ subæqualia.

Germen ovato-acuminatum: styli breves: stigmata globosa.

Fructus: drupa oblonga: nux unilocularis monosperma.

Habitat in insulis Madagascar et Borbon. ♄. *V. S. communicatum a D. Thouin, ex collectaneis Commersonii.*

Obs. *Brownæi figura, quamquam minima, meæ plantæ convenit: in hac tamen haud video lineas de quibus laudatus auctor: plantæ ulterius differunt magnitudine et patria: quum vero Iamaicencis arbor mihi sit incognita, ad hanc refero, quoadusque utrasque comparare ad invicem possim.*

Explicatio tabulæ. *a* Calyx. *b* Capitulum. *c* Flos. *d* Petalum. *e* Idem alio situ ut squamula conspiciatur. *f* Stamina. *F* Eadem aucta. *g* Stamen auctum. *h* Germen. *i* Fructus stylis coronatus. *k* Idem ad lineam sectus. *l* Eiusdem sectio horizontalis.

547. Erythroxylon areolatum. *Lin.*

E. Foliis obovatis *Lin. Sp. pl. vol.* 2. *p.* 374.

E Carthagenense *Iacq. Amer.* 134. *tab.* 87. *f.* 1.

E. Foliis ovatis obtusis, subtrilineatis. *Lamarck Dict. tom.* 2. *p.* 393. *n°.* 2.

Arbor 12. pedalis, ramis diffusis patentibus, cortice fusco tectis: lignum est solidum leucophæum.

Folia obovata rarius subrotunda, emarginata, integra, nitida, facie virentia, dorso leucophæa, tribusque lineis longitudinalibus basi, et apice unitis (interdum absentibus), insignita, sesquipollicaria.

Flores numerosi aggregati semipollicares albi, ionquillam redolentes.

Fructus mollis ruber nullo animali expetitus.

Hæc Iacquinus loco citato, qui addit: suspicarer esse hanc Brownei Erythroxylum primum, nisi color obstaret materiæ, numquam ad rubedinem vergentis, quam data opera pluries examinavi.

Habitat passim in maritimis arenosis circa Carthagenam. Floret aprili, maio, et iunio.

Planta mihi ignota.

Obs. *D. Stoupy nuperrime plantam adsportavit ex Cayenna pruni nomine, quæ præcedenti videtur affinis, cui tamen deficiunt lineæ longitudinales.*

548. Erythroxylon laurifolium. *Lamarck* (Tab. CCXXVI.)

E. Foliis lato-lanceolatis : squamis acutis concavis : floribus glomeratis terminalibus.

Roclana laurifolia arbuscula. *Commers. herb. cum icone.* Bois de ronde, *aut* bois de rongle *vulgo.*

E. Foliis ovato-lanceolatis, ramulis squamis amplexicaulibus acutis concavis sparsis. *Lamarck Dict. tom. 2. p. 394. n°. 5.*

Caulis arborescens femur humanum crassus, 20 pedes altus; ramorum cortex albicans, in quibus squamulæ plures sparsæ, semiamplexicaules, acutæ, rubentes.

Folia lato-lanceolata, in petiolum brevem attenuata : squamula axillaris.

Flores in summitate ramulorum quasi capitati, tres pluresve ex unaquaque squamula prodeuntes : pedicelli partiales sesquipollicares versus florem incrassati, basi vero cincti innumeris squamulis minimis in rosam dispositis.

Reliqua ut in præcedenti.

Habitat in insula Franciæ ♄. *Observatum et delineat. a Commersonio. V. S. communicatum a D. de Jussieu.*

Obs. *Exemplar vidi apud D. de Jussieu in Commersonis herbario, cui lignum durius, floresque erant et terminales, et per ramulos axillares.*

Explic. tab. *a* Calyx. *b* Capitulum. *c* Flos situ naturali. *d* Corolla expansa cum squamulis. *e* Petalum. *f* Stamina. *g* Eadem aucta. *h* Germen cum stylis. *i* Fructus. *k* Idem ad lineam sectus. *l* Sectio horizontalis.

549. Erythroxylon macrophyllum. (Tab. CCXXVII.)

E. Foliis lanceolatis longissimis : squamulis amplexicaulibus striatis : axillis multifloris : fructu triloculari.

Huius fruticis, ramorum præsertim, lignum est molle, albicans; cortex albus, tectusque squamulis striatis, acutis, longis, amplexicaulibus, deciduis.

Folia lanceolata octo et amplius pollices longa, glabra, in petiolum brevem attenuata : uninervia, nervo inferne protuberante ramoso, superne sulco excavato longitudinali. Squamula axillaris.

Flores axillares terni quaternive : petioli crassi, quorum bases cancellatæ squamulis innumeris lanceolato-acutis.

Calyx semiquinquepartitus, laciniis lanceolatis, striatis, mollibus.

Corolla deerat.

Staminum urceolus brevis quinquecrenatus, crenulis singulis desinentibus in bina filamenta, calyce longiora : antheræ globosæ.

Germen in fundo urceoli, ovato-acuminatum : styli tres stigmata incrassata.

Fructus : drupa ovato-acuminata : nux trilocularis, trisperma.

Habitat in Cayenna, inde novissime adsportatum a D. Stoupy. V. S. in huius herbario.

Obs. *A præcedenti differt florum situ, urceolo quinquecrenato, calyce molli, squamulis striatis.*

Explicatio tabulæ. *a* Calyx. *b* Urceolus stamnifer. *c* Idem auctus. *d* Germen, styli, stigmata. *e* Fructus. *f* Eiusdem sectio.

550. Erythroxylon sideroxyloides. *Lam.* (Tab. CCXXVIII.)

E. Folii obovatis : ramis tuberculatis : squamulis acutis : axillis paucifloris.

Roëlana baccifera, aut tædifera. *Commers. herb. cum icone.*

E. Foliis ovato-oblongis, obtusiusculis, ramis scabris, apice compressis, pedunculis subternis axillaribus. *Lamarck Dict. tom.* 2. *p.* 393. *n°.* 4.

An Arbor indica pruni sylvestris folio, corni maris fructu longiore, &c. *Plukenet Amalth.* 21 : *aut* santalum nigrum, *ibid. p.* 187. *t.* 442 *f.* 3 ?

Caulis arborescens 15 pedes altus; cuius rami sunt exasperati tuberculis : hique formantur ex cicatricibus foliorum quæ perierunt, et ex aggregatione squamularum quæ pedunculorum bases ambiunt.

Folia ovato-oblonga glabra. Squamulæ acutæ axillares deciduæ.

Flores axillares solitarii, bini, aut terni.

Reliqua ut in Erithroxylo laurifolio.

Habitat in insula Borbon. ♄. *V. S. communicatum a D. Thouin ex commersonia collectione.*

Obs. *Variat foliis latioribus, coriaceis, fructuque maiori.*

Explic. tabulæ pro Er. sideroxyloide. *a* Flos integer. *b* Petalum. *c* Idem aliter spectatum. *d* Stamina. *e* Eadem aucta. *f* Germen.

Pro varietate. *X* Folium. *o* Fructus. *p* Idem ad lineam sectus. *q* Amigdalum.

551. Erythroxylon coca. *Lamarck.* (Tab. CCXXIX.)

E. Foliis ovatis, lineis duabus subtus notatis : ramulis crebre tuberculosis.

Coca arbuscula peruviana; folio trinervi, nervis lateralibus parum conspicuis, et per tertiam areæ partem decurrentibus. *Joseph. de Jussieu Cat. manus. n°.* 54. *cum icone.*

E. Foliis ovatis acutis, subtrilineatis, ramulis crebre tuberculosis. *Lamarck Dict. tom.* 2. *p.* 393. *n°.* 1.

Coca. *Clus. Exot. p.* 177. *et* 340. *Hermandez Mex. p.* 302.

Caulis fruticosus 3-4 pedes altus; cuius rami squamato-tuberculati, tuberculis ex acervis squamularum compositis.

Folia ovata, sæpiusque elongata, glabra, breviter petiolata, uninervia, nervo protuberante, quem ambiunt lineæ duæ longitudinaliter arcuatæ convergentes. Squamula axillaris, semiamplexicaulis, brevis, acuta, marcescens.

Flores parvi e tuberculis squamosis prodeuntes solitarii, bini, aut terni; pedunculi breves uniflori.

Calyx et corolla ut in præcedenti.

Stamina capillaria, rubentia, basi breviter coalita.

Fructus ovato-acuminatus : nux unilocularis monosperma.

Habitat in Peru. ♄. *Unde adsportavit laudatus auctor. V. S. communicatum a D. de Jussieu.*

Obs. I. *Frutex vulgatissimus in Peruana provincia vulgo* los Yungas. *Indi operarii roborantur foliorum masticatione, quæ cum* Quinoa (*Chenopodii specie*) *miscent.* Josephus de Jussieu observ.

Obs. II. *In Pondicheri crescit frutex huic similis, at folia orbantur lineis longitudinalibus. Vide herb. D. de Jussieu.*

Explic. tabulæ. *a* Flos integer magnitudine naturali. *b* Idem auctus. *c* Petalum.

d Stamina aucta. *f* Eadem magnit. nat. *e* Germen. *g* Fructus. *h* Huius sectio. *i* Amigdalum. *k* Huius sectio.

552. ERYTHROXYLON HYPERICIFOLIUM. *Lam.* (Tab. CCXXX.)

E. Foliis numerosis, ovatis : ramis punctato scabris : pedunculis longis capillaribus; fructu triloculari.

Venelia foliis obcordatis integris; floribus sparsis decandris trigynis pedunculis unifloris. *Commers. herb. cum icone.* Vulgo *bois d'huile*, *bois de dames.*

E. Foliis obovatis, obrusis, emarginatis; ramulis compressis, punctato-scabris : pedunculis capillaceis unifloris, solitariis axillaribus. *Lamarck Dict. tom.* 2. *pag.* 394. *n*°. 8.

Caulis fruticosus valde ramosus, ramisque exasperatis tuberculorum minimorum copia.

Folia numerosa, ovata, obtusa, sæpius emarginata, glabra, breviter petiolata, inferne glauca. Squamula rubescens acuta decidua.

Flores axillares solitarii, bini, aut terni, pedunculis capillaribus prope florem incrassatis, folio longioribus.

Calyx minimus; denticulis acutis.

Corolla alba parva, petalorum squamulis truncatis.

Stamina longitudine fere corollæ, basi coalita.

Germen ovatum : styli tres : stigmata capitata.

Drupa oblonga, subtriquetra : nux rrilocularis, trisperma.

Habitat in insulis Franciæ et Borbon. ♄. *Reperit Commersonius, atque delineandum curavit. V. S. communicatum a D. de Jussieu.*

Obs. *Variat foliis minutissimis nec emarginatis.*

Explic. fig. *a* Capitulum. *b* Flos magnitudine naturali. *c* Petalum auctum. *d* Stamina aucta. *e* Germen, styli, stigmata, aucta. *f* Fructus. *g* Idem auctus. *d* Huius sectio.

553. ERYTHROXYLON BUXIFOLIUM. *Lam.* (Tab. CCXXXI. fig. 1.)

E. Foliis lanceolato-ovatis; nervo supra protuberante, in setulam terminato : floribus axillaribus solitariis.

E. Foliis obovatis integerrimis, nervo medio supra elevato, pedunculis axillaribus brevibus solitariis, basi articulatis. *Lamarck Dict. tom.* 2. *pag.* 394. *n*°. 7.

Caulis fruticosus, ramis erectis; cortex fuscus exasperatus lineis semicircularibus, protuberantibus, quas squamularum casus produxerunt : squamulæ sunt lanceolatæ, rubentes, semiamplexicaules.

Folia lanceolato-ovata, basi acuta, apice obtusa, ubi prominet setula in quam terminatur nervus pagina superiori protuberans : suntque glabra, postice glauca, limboque nonnihil revoluto. Squamula axillaris.

Flores axillares solitarii, breviter pedunculati.

Nux ovata, unilocularis.

Reliqua ut in ceteris speciebus.

Habitat in Madagascar. ♄. *Ubi reperit Comm. V. S. communicatum a D. Thouin.*

Obs. *Nervus superne protuberans atque terminatus setula; abunde hanc speciem a ceteris distinguit: hac ergo de causa a sequenti seiungo, quas in unam redegit D. de Lamarck.*

Explic. figuræ. *e* Fructus, in cuius basi conspicitur urceolus cum staminibus. *f* Huius sectio. *g* Amigdalum.

554. Erythroxylon ferrugineum. (Tab. CCXXXI. f. 2.)

E. Foliis ovatis, sæpius emarginatis: squamulis imbricatis: floribus solitariis.

E. Foliis ovalibus superne lucidis. *Lamarck n°. 7. suprà citato* (Varietas.)

Caulis fruticosus, lignum durum, cortex cinereus: rami exasperati tuberculis atque squamularum cicatricibus. Squamulæ sunt carnosæ, acutæ, imbricatæ, deciduæ.

Folia coriacea ovata, nunc apice emarginata, nunc obtusa, uninervia, nervo nec in setulam desinente nec protuberante pagina superiore: hæc est lucida, inferior vero ferrugineo-rubra; limbo revoluto ut in præcedenti.

Flores solitarii axillares ad squamulam, quæ semper reperitur inter petiolum et caulem aut ramos: pedunculus brevis sensim crassior versus florem.

Staminum urceolus calyce maior, dentibus decem terminatus, e quibus totidem prodeunt filamenta rubra.

Reliqua ut in congeneribus.

Habitat in Madagascar. ♄. *Commersonius reperit. V. S. communicatum a D. de Jussieu.*

Explic. fig. *a* Calyx. *b* Petalum. *c* Stamina. *d* Eadem aucta.

555. Erythroxylon rufum. (Tab. CCXXXII.)

E. Foliis ovatis coriaceis inferne rufis: squamulis imbricatis: axillis multifloris.

Lignum durum, cortex griseus, squamosus, tuberculis protuberantibus ex squamularum minimarum acervis.

Folia ovata, aliquando emarginata, coriacea, supra nitida, viridia; desuper rufa: nervus inferne protuberans, supra excavatus: petiolus brevis, squamula lanceolata axillari ornatus.

Flores axillares ex squamularum minimarum globulo prodeuntes numerosi, pedunculis unifloris semipollicaribus.

Calycis denticuli breves.

Urceolus staminum decemdentatus.

Drupa ovata rubescens: nux unilocularis.

Reliqua deerant in exemplari.

Habitat in insula Sancti-Dominici. ♄. *V. S. apud D. Dupuy.*

Obs. *Folium* X *ad ramum pertinet, quem fructibus floribusque orbatum vidi apud D. de Jussieu: lineis ornatur duabus longitudinaliter convergentibus. An ad Er. cocam, an vero ad Er. Brownæi, aut ad aliam speciem pertineat, adfirmare nequeo.*

556. Erythroxylon ovatum. (Tab. CCXXXIII.)

E. Foliis ovatis: squamulis imbricatis: floribus subsolitariis: drupa gibbosa.

An Erythroxylon foliis minoribus subrotundis confertis, stylis brevissimis, ramulis tenuissimis. *Brown. lam.* 278. n°. 2 ?

An Er. havanense foliis ovatis. *Jacq. Amer.* 135. *t.* 87. *f.* 2. *Lin. Sp. pl. tom.* 2. *p.* 374. n°. 2 ?

Huius speciei lignum ut apparet ex specimine est durum, et cortex fuscus, variegatus sulcis: ramorum summitates sunt imbricatæ squamulis carnosis, acutis, basi latioribus; præter quas et aliæ minimæ observantur in tubercula aggeratæ ex quarum centro flores prodeunt.

Folia ovata, læte viridia, mollia? breviter petiolata.

Flores axillares ut plurimum solitarii: pedunculus sensim incrassatus versus florem, duarum aut trium linearum.

Calycis dentes acuti.

Drupa basi nonnihil gibba, apice subrecurva: nux unilocularis.

Habitat in America. ♄. *V. S. unicum exemplar apud D. de Jussieu.*

Explic. fig. *a* Calyx. *b* Idem aliter spectatus. *c* Stamina aucta. *d* Fructus basi cinctus urceolo stamnifero. *e* Huius sectio.

MALPIGHIA. *Plum. tab.* 36. *Lin.* 621.

Character genericus.

Calyx persistens monophyllus profunde partitus in quinque lacinias, quarum tres quatuor aut quinque externe inferneque biglandulosæ.

Corollæ petala quinque, orbiculata, fimbriata, concava: unguibus longis linearibus.

Stamina: filamenta decem brevia subulata, basi connexa, germenque cingentia: antheræ ovatæ, subcordatæ.

Germen superum, ovatum; styli tres aut pauciores breves: stigmata globosa.

Fructus: drupa globosa fœta nuce ossea triloculari, aut nucibus 1-3 unilocularibus monospermis.

Semina oblonga.

Obs. I. *Species omnes sunt arbores aut frutices Americæ calidioris incolæ: gaudent ramis oppositis; foliisque integris, uninervis, oppositis. Flores umbellati aut spicati; pedicellis articulatis, ad articulum bisquamatis. Fructus in ipsis sylvestris est acidus, nec ingratus, ferè semper ruber, quem* ceresam americanam *vulgò nominant incolæ.*

II. *M. nitida et glandulosa gaudent stylo unico: Armeniaca duobus, uno aliquando aut tribus.*

III. *Calycis glandulæ sunt sex in aliquibus speciebus, octo in aliis, decem denique in reliquis; quare characterem præbent inutilem quoad ipsarum numerum.*

III. *M. flos adeo similis Banisteriæ floribus ut ovum ovo: ab ipsarum diverso*

fructu alato, aut sine alis separanda sunt genera. Nihilominus in plantarum examine differentiam in stigmatibus reperi ab auctoribus huc usque prætermissam : in Malpighiis enim stigmata sunt globulosa ; in Banisteriis in foliolum expansa : si hoc ergo constans est, facile in posterum cognoscetur genus vel flore unico examinato : de hoc ergo abundantius dicam in proxima dissertatione, ubi Banisteriam, affiniaque genera elucidare tentabo.

SPECIES.

a. *Flores umbellati aut axillares.*

557. MALPIGHIA GLABRA. *Lin.* (Tab. CCXXXIV. f. 1.)

M. Foliis ovatis, integerrimis, glabris : pedunculis umbellans. *Lin. Spec. plant. tom. 2. p. 368. n°. 1. Hort. Clifort. 169. Hort. Upsal. 108. Mill. Dict. n°. 1. et ic. t. 181. f. 2. Aublet Guian. vol. 1. pag. 461.*

M. Fruticosa erecta foliis nitidis ovatis, acuminatis : floribus umbellatis, ramulis gracilibus. *Brow. Iam. 230.*

Cerasus iamaicensis fructu tetrapyreno. *Comm. hort. 1. p. 145. t. 75.*

Arbor baccifera, folio subrotundo, fructu cerasino sulcato, rubro polypyreno : ossiculis canaliculatis. *Sloan. Iam. 172. hist. 2. p. 106. t. 207. f. 2.*

Caulis fruticosus, ramosus sexpedalis cuius cortex fusco-cinereus, glaber ut et tota planta.

Folia ovata, integerrima, duriuscula, nitida, breviter petiolata.

Flores umbellati, umbellis solitariis, oppositis, axillaribus : radii quatuor aut quinque ad quorum basim stipulæ acutæ in involucri formam.

Calyx brevis, laciniis lanceolatis, quarum una orbatur glandulis, huic laterales gaudent unica glandula, reliquæ vero duabus : glandulæ item sunt ovatæ, virido-flavæ.

Petala purpurascentia, limbo albo fimbriato.

Staminum urceolus albus : antheræ sulphureæ.

Germen viride ovatum : styli divaricati : stigmata globosa.

Fructus non maturavit.

Habitat in Iamaica, Brasilia et alibi. ♄. *V. V. in horto D. Lemonier. Colitur in R. H. P.*

Explic. fig. *a* Calyx. *b* Idem auctus, expansus. *c* Petalum. *d* Stamina. *e* Eadem aucta. *f* Germen auctum.

558. MALPIGHIA PUNICIFOLIA. *Lin.* (Tab. CCXXXIV. f. 2.)

M. Foliis ovatis, acutis, glabris : pedunculis bifloris.

M. Foliis ovatis, integerrimis, glabris : pedunculis unifloris. *Lin. Sp. pl. tom. 2. p. 369. n°. 2. Aublet Guian. tom. 1. p. 462.*

M. Foliis ovatis, integerrimis, glabris. *Hort. Upsal. 108.*

M. Fruticosa erecta, ramulis gracilibus, patentibus : floribus solitariis. *Brown. Iam. 230.*

M. Mali punici facie. *tom. 7. tab. 124. non edit. Burm. Am. t. 166. f. 2.*

Cerasus americana, myrti coniugatis foliis, fructu acerbo tetrapyreno. *Pluk. Alm. 94. t. 57. f. 7?*

Caulis arboreus mali punici facie et magnitudine, cuius lignum solidum et albicans, cortex nigricans.

Folia ovato-acuta, suprà viridia nitida desuper glauca, nonnihil plicata, petioli breves.

Flores axillares, pedunculis, bifloris.

Corolla calyx et genitalia ut in præcedenti.

Fructus, secundum Plumierium, *ceraso paulo maior carnosus, tria continens semina non omnino ossea, sed veluti lignosa, carinata et paulisper rugosa, arcteque invicem adunata. Caro fructus tenera est et succulenta, sublutea, acidulitate gratissima, cuticulaque ut in cerasis tenuissima, lævissima, coccinea. Ex his conservam et gelatinam conficiunt iucondissimam insulares Antillarum, qui cerasum appellant.* Huc usque laudatus auctor loco supra citato.

Habitat in sylvis, colitur in hortis, fertque flores et fructus fere toto anno. ♄. *V. Floridam in R. H. P.*

Explic. fig. *F* Fructus. *G.* Nucleus secundum Plumierium.

559. Malpighia urens *Lin.* (Tab. CCXXXV. fig. 1.)

M. Foliis ovato-oblongis, setis decumbentibus, rigidis; pedunculis unifloris aggregatis. *Lin. Sp. pl. tom. 2. p. 369. n°. 4. Mill. Dict. n°. 4. et ic. t. 181. f. 1. Aublet Guian. tom. 1. p. 462.*

M. Alia latifolia, folio subtus spinoso ad nodos florida. *Plum. 7. t. 126. ms. Burm. Am. t. 167. f. 1.*

Mespilus americana, folio lato subtus spinoso : *fructu rubro. Tournef. Inst. 642.*

Arbor baccifera folio oblongo subtilissimis spinis subtus obsito, fructu cerasino sulcato polypyreno; ossiculis canaliculatis. *Sloan. Iam. 172. hist. 2. p. 106. t. 207. f. 3.*

An Malpighia martinicensis, foliis ovatis subtus setis decumbentibus, rigidis. *Iacq. Amer. 136?*

Arbor humilis, cuius rami divaricati.

Folia ovato-oblonga, setis rigidis adpressis pungentibus obsita, pagina præsertim inferiore. Stipulæ utrimque binæ acutæ breves.

Flores axillares aggregati 4-5-6. pedunculis subpollicaribus, unifloris.

Calyx semiquinquefidus : glandulæ decem lacinia duplo minores.

Corolla albido-purpurascens, petalorum limbo fimbriato.

Staminum urceolus brevis.

Germen ovato-acutum subtrifidum (an potius tria germina coalita?) styli nonnihil divaricati : stigmata parum incrassata.

Fructus : drupa globosa, trisulca, coloris et magnitudinis cerasi, fœta nucleis tribus ovato-acutis extus convexis, intus angulatis.

Habitat in Antillis, floret autumno. ♄. *V. V. in R. H. P. Apud D. de Jussieu figuram vidi præstantissimam vivis coloribus expressam a D. Aubriet.*

Obs. *M. Urens variat sæpissime, aut diversas species dicere debemus plantas a Plumerio et Iacquino descriptas: duas ille observavit atque descripsit magni-*

tudine toto cœlo distantes alteram fruticem, arborem alteram excelsam : Iacquini rursus planta foliorum magnitudine ab istis differt. Omnibus sunt fructus insipidi, quod culturæ defectui tribuendum dixit laudatus Plumierius.

Explic. fig. *a* Calyx. *b* Idem aliter spectatus. *c* Petalum. *d* Stamina. *e* Eadem aucta *f.* Germen. *g* Fructus. *h* Eiusdem sectio. *i i* Nuclei. *k* Fructus siccus.

560. Malpighia odorata. *Iacq.*

M. Foliis ovatis emarginatis utrimque tomentosis. *Iacq. Americ.* 136. *tab.* 177. *fig.* 41.

Caulis fruticosus octopedalis erectus.

Folia obtusa integerrima opposita tripollicaria.

Racemi oppositi, flores suaveolentes.

Calyx pentaphyllus : glandulæ callosæ oblongæ, binæ cuilibet calycis foliolo, quarum quatuor in binas coalitæ.

Corollæ petala flava, crenata, horum quatuor inter calycis foliola deorsum deflexa, quintum patens.

Stamina filamenta decem subulata, basibus latiusculis. Antheræ magnæ subquadratæ.

Germen subrotundum : stylus unicus subulatus : stigma bifidum, (an styli duo coaliti? sic credo præsertim ex seminibus duobus. *Cav.*)

Fructus bacca aurantia, subrotunda, sulco longitudinali circumdata, unilocularis.

Semina duo, hinc convexa, inde plana, glabra.

Habitat in Carthagenæ fruticosis. ♄.

Obs. *Planta mihi ignota, quæ præcedunt desumpsi ex citato opere.*

561. Malpighia coccifera. *Lin.* (Tab. CCXXXV. fig. 2.)

M. Foliis subovatis dentato-spinosis. *Lin. Sp. pl. tom.* 2. *p.* 371. *n°.* 9.

M. Humilis, ilicis cocciglandiferæ foliis. *Plum. Gen.* 46. *Burm. Amer.* 1. *p.* 8. *f.* 2.

Caulis fruticosus humilis, ramulis multis ornatus, longis, exilibus, lignosis, lentis, cortice terreo vestitis, multumque nodosis.

Folia subsessilia, orbiculato-angulata, ad angulos spinosa, coriacea, glabra. Stipulæ capillares minimæ.

Flores axillares solitarii, quandoque bini aut terni, pedunculis folio longioribus.

De calycis viridis parvique glandularum numero nihil certum.

Corollæ petala rubella fimbriata.

Antheræ luteæ.

Drupa parva, carnosa, trigona, coccinea, tribus ossiculis fœta.

Habitat in Martinica. ♄. *Observata descripta et delineata a Plumerio V. S. apud D. de Jussieu in herbario Suriani.*

562. Malpighia angustifolia. *Lin.* (Tab. CCXXXVI. fig. 1.)

M. foliis lineari-lanceolatis : setis utrimque decumbentibus rigidis ; pedunculis umbellatis. *Lin. Sp. pl. tom.* 2. *p.* 370. *n°.* 5. *Miller Dict. n°.* 7. *Aublet Guian. tom.* 1. *p.* 462.

Malp. (*linearis*) foliis lanceolato linearibus, setis decumbentibus utrimque rigidis. *Iacq. Amer.* 135.

M. Angustifolia, folio subtus spinoso. *Plum. gen.* 46.

Caulis frutescens, ramis articulato-nodosis scabris, cortice fusco tectis.

Folia subsessilia, lineari-lanceolata, supra glabra, desuper pilis rigidis adpressis flavescentibus obducta. Stipulæ setosæ, breves.

Flores subumbellati umbellis axillaribus subsessilibus : radii quinque aut plures.

Calycis glandulæ incertæ numero.

Corolla minor quam in præcedentibus, at colore et figura ut in M. Coccifera : reliqua ut in congeneribus.

Habitat in Antillis, Guadalupe, Martinica, &c. ♄. *V. S. communicatam a D. de Jussieu.*

563. Malpighia aquifolia. *Lin.* (Tab. CCXXXVI. f. 2.)

M. Foliis lanceolatis, dentato-spinosis, subtus hispidis. *Lin. ubi supra n°.* 8.

M. Angustis et acuminatis aquifolii foliis. *Plum. gen.* 46. *Burm. Am. tab.* 168. *fig.* 1.

M. Ilicifolia. *Miller Dict. n°.* 8. *descriptio n°.* 9.

Caulis fruticosus, cuius rami longi et cortex cinereus.

Folia subsessilia, ovato-lanceolata, limbo sinuato, angulisque spinosis : superne glabra, desuper vero spinulis subtilissimis lutescentibus adpressis cooperta. Stipulæ, setulæ brevissimæ.

Flores axillares pedunculis solitariis, aut binis, unifloris aut bifloris.

Calycis glandulæ octo, ovato-compressæ.

Corolla purpurascens.

Antheræ luteæ.

Germina tria basi coalita : styli filiformes : stigmata incrassata terminataque acumine reflexo.

Fructus ut in Malp. urente.

Habitat cum præcedentibus. ♄. *V. V. in R. H. P. Floret augusto.*

Expl. fig. *a* Calyx. *b* Idem auctus et expansus, postice spectatus. *c* Stamina aucta. *d* Germina. *e* Eadem aucta. *g* Petalum. *f* Fructus incohatus. *F* Idem mag. naturali.

b. *Flores spicati.*

564. Malpighia spicata. (Tab. CCXXXVII.)

M. Foliis lanceolatis, desuper ferrugineis : spicis terminalibus : petalis hastatis.

Arbor persicæ facie, bascis murcu Margravi æmulis, fructu aureo stiptico dysenterico : vulgo *bois dysenterique. Surian herb.* 149. *apud Vaill. catal. mss. p.* 1370.

Baibaiba tertia arbor racemosa, persicæ facie, fructu aureo iuniperino, vulgo *Merisier doré. Surian herb. n°.* 47. *specimen fructiferum; numeris vero* 706. 758. 836. *florifer.*

An M. altissima foliis lanceolatis, glabris, integerrimis : racemis terminalibus erectis. *Iacq. obs.* 1. *p.* 40 ?

Caulis arboreus, ramis præsertim teneris tomento ruffescentibus, lignum subrubrum, cortexque cinereus.
Folia lanceolata integerrima, supra nitida, desuper tomento brevi ruffo obducta quod in vetustioribus disparet; coriacea breviterque petiolata. Inter petiolum et caulem squama amplexicaulis ut in Erythroxilo vidimus.
Flores spicati, spicis solitariis terminalibus: flos quilibet pedunculatus, ad stipulam axillaris.
Calyx decemglandulosus, glandulis ovatis minimis.
Corollæ petala hastata, lutea.
Stamina basi breviter coalita: antheræ oblongæ, erectæ.
Germen ovato-acutum sulcatum, basi villosum: styli erecti: stigmata uncinata initio, postea erecta.
Drupa globosa, fœta nucleo osseo, anguloso, triloculari, trispermo.
Habitat in insula Sancti Dominici. ♄. *V. S. communicatam a D. de Jussieu.*
Expl. tabulæ. *a* Flos integer. *b* Calyx. *c* Idem aliter spectatus. *d* Anthera. *e* Eadem aucta. *f* Germen auctum. *g* Fructus. *h* Nuclei sectio.

565. Malpighia armeniaca. (Tab. CCXXXVIII.)
M. Foliis ovato-lanceolatis magnis: spicis longis axillaribus: fructu armeniaco.
Caulis arboreus, triorgialis ramis glabris ut et tota planta.
Folia ovato-lanceolata, integerrima, crassa, quatuor pollices et amplius longa: petioli breves: nullæ stipulæ.
Flores spicati, spicis longis solitariis, aut binis ad singulas axillas. Flos quilibet pedunculatus ad squamulam axillaris, alterique flori oppositus.
Calycis laciniæ ovatæ: glandulæ octo.
Petala lutea concava, ungues elongati saturatiores fere rubri.
Staminum urceolus brevis: filamenta subulata inferne lata: antheræ ovatæ luteæ.
Germen ovato acuminatum: styli duo, aliquando tres et etiam solitarius: stigmata incrassata.
Fructus drupa villosa obovata mali armeniaci fructum referens colore ac magnitudine, fœta nucibus 1-2-3 oblongis venosis; quarum amigdala venenata dixit D. Dombeyus.
Habitat in regno Peruano in Chancæ provincia. ♄. *Primus reperit atque delineavit D. Iosephus de Jussieu; novissime vero observata fuit a peregrinatoribus Dombeyo, Pavonio, et Ruizio.* Appellatur vulgo *Cirhuela de Frayle: prunus monachi.* V. S. apud D. de Jussieu.
Obs. *Præter iconem huius plantæ asservatur apud hunc et alia quæ varietatem sistit ut ego quidem arbitror eiusdem arboris: quum differat unice foliis duplo angustioribus, quamque nominavit inventor Iosephus scilicet de Jussieu* 2ª Species. Cirhuela de frayle.
Expl. tabulæ. *a* Capitulum. *b* Calyx postice spectatus. *c* Petalum. *d* Idem. *e* Urceolus stamnifer sectus et expansus. *f* Germen. Ad latus observatur ramulus cum fructibus incohatis.

566. Mapighia nitida. *Iacq.* (Tab. CCXXXIX. fig. 1.)

M. Foliis lanceolato-acuminatis, eglandulosis, utrimque nitidis floribus racemosis monoginiis.

M. Foliis oblongo-ovatis utrimque nitidis racemis axillaribus *Iacq. Amer.* 136.

Foliis lanceolatis integerrimis glabris; spicis lateralibus. *Linn. Sp. plant. loco citato n°.* 3.

Caulis arborescens erectus: rami teretes quorum cortex griseus punctulis albicantibus variegatus.

Folia longa lanceolata in acumen desinentia integerrima, utrimque nitida et mollia: petiolis brevibus sustentata. Stipulæ nullæ.

Flores spicati, spicis oppositis, axillaribus: in quibus flores oppositi ad bracteam axillares.

Calyx semiquinquepartitus: glandulæ octo.

Corolla dilute lutea.

Antheræ ovatæ, luteæ.

Germen ovatum: stylus simplex apice trifidus.

Fructus deerat. Semina iuxta Iacquinum sunt glabra, plerumque bina.

Habitat in Carthagenæ fruticetis apricis, in Guadalupe, Martinica. V. S. communicatam a D. de Jussieu.

Explic. fig. *a* Capitulum. *b* Staminum urceolus sectus. *c* Germen, stylus, stigmata.

567. Malpighia glandulosa. (Tab. CCXXXIX. fig. 2.)

M. Foliis lanceolatis, acuminatis, basi biglandulosis: floribus racemosis, monogyniis.

Ex fragmentis videtur hæc species fruticosa, cuius rami teretes, et cortex griseus, punctis albis variegatus.

Folia lato lanceolata, utrimque acuminata, coriacea, integerrima, glabra, petiolis sustentata brevibus prope folium biglandulosis, glandulis minimis. Stipulæ nullæ.

Flores racemosi, racemis oppositis, axillaribus, solitariis, paucifloris: flos quilibet pedunculatus ad bracteam axillaris.

Calyx semiquinque partitus: glandulæ 8-10.

Fructus: drupa subtomentosa fœta nucleis duobus ovato-planis, terminata stylo unico, cuius stigma videtur capitatum.

Habitat in Antillis. ♄. *V. S. communicatam a D. de Jussieu.*

Obs. *Petiolus glandulosus abunde hanc speciem a ceteris distinguit.*

Explic. fig. *A* Drupa. *B* Nuclei. *C* Idem coadunati.

568. Malpighia verbascifolia. *Lin.* (Tab. CCXL.)

M. Foliis lanceolato-ovatis, tomentosis, integerrimis, racemis terminalibus. *Lin. ubi supra n°. 7. Aublet Guian. tom. 1. p. 460. t. 184.*

M. Humilis, verbascifolio et facie, caule crassissimo. *Barr. æquin.* 71.

Caulis fruticosus, pedalis, tortuosus, nodosus: lignum rubescens: cortex nigricans, rugosus, tomentosus ut et tota planta.

Folia terminalia sex aut octo adproximata, opposita, lanceolato-ovata, apice

nonnihil acuminata, basi acuta atque in petiolum desinentia, supra canaliculatum, insertione dilatatum, inter quem et caulem bractea mucronata : tomentum cinereum.

Florum racemus longus terminalis : pedicelli suboppositi ad bracteam axillares.

Calycis glandulæ 10 : ovatæ.

Corollæ petala lutea, concava, fimbriata.

Stamina brevissima : antheræ oblongæ, didymæ, interne adnatæ filamentis, hisque longiores.

Germen ovato-acutum villosum : styli tres apice nonnihil uncinati.

Fructus secundum Aubletium est bacca (an potius drupa) globosa villosa sublutea. Semina tria angulata, extus convexa, rugosa.

Habitat in America calidiore. ♄. *V. S. apud D. de Jussieu.*

Obs. I. *Radicum atque caulium decoctio est detersiva, vulneraria et adstringens, quæ colorem rubrum induit.* Aublet loco citato.

II. *Sloani planta tab. 198. f. 2. ad sequentem reducenda videtur, quoniam arbor est 20 pedes alta et amplius.*

Explic. fig. *a* Petalum. *b* Germen auctum. *c* Filamentum et anthera aucta externe visa. *d* Eadem interiori facie. *e* Fructus. *f* Eiusdem sectio.

569. Malpighia mureila. *Aublet.* (Tab. CCXLI.)

M. Foliis ovatis, subtus tomentosis, floribus luteis spicatis (terminalibus). *Aublet Guianæ tom. 1. p. 459. t. 183.*

M. (crassifolia), foliis ovatis, integerrimis subtus tomentosis, racemis terminalibus. *Lin. loco citato n°. 6. Aublet Guian. 457. t. 182.*

M. Arborea, floribus spicatis, foliis ovatis acuminatis. *Brown. Jam. 230.*

M. Latifolia, cortice sanguineo. *Barr. æquin. 72.*

Baccifera arbor calyculata foliis laurinis fructu racemoso esculento subrotundo monopyreno pallide luteo. *Sloan. hist. 2. pag. 86. t. 198. f. 2.*

Caulis arboreus 20 pedes altus ad summitatem ramosus, ramulis tomento rufescentibus : cortex rufus fisuris brevibus notatus.

Folia ovata apice acuta aut obtusa, crassa, integerrima, supra pilis brevibus albicantibus adpressis, desuper tomentosa tomento ferrugineo aut cinereo : petioli breves inter quos et ramos bractea acuta.

Flores spicati, spicis longis, terminalibus : pedunculi ad bracteam axillares.

Calyx semiquinquefidus, villosus : glandulæ decem.

Corolla sulphurea, petalis concavis, crenulatis.

Stamina brevia, basi coalita, pilosa : antheræ oblongæ.

Fructus secundum Aubletium in M. Mureila, et Crassifolia est bacca (an potius drupa) globosa, villosa, subviridis : semina tria angulata, extus convexa, rugosa.

Habitat in Guiana, Caiena et alibi. ♄. *V. S. in herbario D. Stoupy.*

Obs. *In unam coniungo M. Crassifoliam, et Mureilam Aubletii, quia ex eiusdem tabulis et descriptionibus ita statuendum videtur. Utrique enim eadem est inflorescentia atque integra fructificatio : utrique ulterius folia crassa supra pilosa, subtus tomentosa : adeo ut differri eas credat citatus auctor ex eo quod* Crassifoliæ *tomentum sit rufum,* Mureilæ *vero cinereum, foliaque apice acutiora in*

hac arbore, quæ procerior est. Verumtamen tomenti colorem et arboris altitudinem a diuturna individuorum vita pendere credi potest. Si vero cuique minus apta videatur hæc opinio aliam efformet et sequatur.

Explic. fig. *a* Calyx. *b* Idem aliter spectatus. *c* Idem subtus visus. *d* Flos integer. *e* Petalum. *f* Staminum urceolus sectus. *g* Stamen auctum. *h* Germen auctum.

570. Malpighia altissima. *Aubl.*

M. Foliis ovato-oblongis, subtus tomentosis; floribus albis, spicatis. *Aubl. Guian. tom.* 1. *p.* 455. *tab.* 181.

An Tiliæ affinis laurifolia, arbuti floribus albis, racemosis, odoratis, fructu pentagono. *Sloan. Iam.* 136. *hist.* 2. *p.* 20. *t.* 163. *f.* 1?

Arbor mihi ignota: descriptionem sequentem desumpsi ex Aubletio.

Arbor trunco sexaginta et octoginta pedali ad summitatem ramosissimo; ramis hinc et inde sparsis; ramulis foliosis.

Folia opposita, ovato-oblonga, acuta, rigida, integerrima, longe petiolata, superne viridia, pilis utrimque acutis, declinatis conspersa: inferne tomentosa, rufescentia. Stipulæ binæ, breves, oppositæ rufescentes, ad basim singuli petioli.

Flores terminales alterni solitarii in spicam oblongam dispositi: pedunculus florum basi bisquamulatus.

Calyx monophyllus profunde quinquepartitus laciniis erectis acutis: glandulæ decem carnosæ, oblongæ.

Corollæ petala alba, concava, inæqualia, fimbriata, stamina decem: filamenta rubra: antheræ oblongæ luteæ.

Germen triquetrum: styli tres: stigmata obtusa.

Fructus globosus, pallide rubens: nucibus tribus fœtus angulosis extus convexis rugosis.

Habitat in sylvis Guianæ prope fluvium Sinemari. ♄. *Floret novembri.*

Obs. *Hæc species diversa est a M. altissima Iacquini superius reducta ad M. spicatam. Folia enim in Iacquiniana sunt glabra floresque lutei.*

571. Malpighia dubia. (Tab. CCXLII.)

M. Foliis ovato-acutis, cartilagineis, glabris: floribus racemosis minimis; ramis punctatis.

Lignum est albido-flavum, cortex albicans, punctisque fuscis exasperatus.

Folia ovato-acuminata, cartilaginea, integerrima, petiolis brevibus basi incrassatis. Stipulæ nullæ.

Flores parvi, racemosi, racemis compositis numerosis.

Calycis laciniæ ovatæ, tomentosæ: glandulæ octo.

Corolla flavescens.

Stamina basi coalita: antheræ luteæ, ovatæ.

Germen ovatum: styli tres.

Fructus deerat.

Habitat in insula Sancti Dominici. ♄. *V. S. apud D. de Jussieu.*

Obs. *Hæc planta ad Banisteriam aut ad Malpighiam pertinere potest: fructus*

atque stigmatum absentia impediunt veram generis cognitionem. Interea tamen hic prodeat.

Expl. fig. *a* Calyx. *b* Idem auctus. *c* Petalum. *d* Idem auctum. *e* Stamina. *f* Eadem aucta. *g* Germen. *h* Idem auctum.

---

* Malpighia (diphylla) foliis ovalibus glabris racemis terminalibus. *Iacq. Am.* 136. *n°*. 4.

Frutex erectus octopedalis, folia integerrima opposita. Racemi simplices bipollicares, in ramusculis diphyllis. Flores flavi. Baccæ rubræ.

Habitat in Carthagenæ sylvis maritimis. Iacq.

* Malpighia (grandifolia). Foliis lanceolato-oblongis; racemis corymbosis, axillaribus. *Iacq. Amer.* 137. *n°*. 6.

Arbuscula decempedalis, erecta, comosa. Folia integerrima, opposita, pedalia. Florum petala flava.

Habitat in sylvis apricis Martinicæ. Iacq.

* Cerasa americana. *Merian.* 7. *tab.* 7.

FINIS VIII DISSERTATIONIS.

ERRATA.

Pag. 379; scientis, *lege* scientiis.
392; constunte, *lege* constante.
Ibid. monopetales, *lege* monospermes.
Ibid. instruits, *lege* instruit.
400; folii, *lege* foliis.

Extrait des Registres de l'Académie Royale des Sciences, du 3 *avril* 1789.

Nous avons examiné, par ordre de l'Académie, une huitieme dissertation latine et botanique de M. l'Abbé Cavanilles, qui, fidele à son plan de passer en revue les plantes monadelphes, c'est-à-dire caractérisées par la réunion des filets des étamines en un seul corps, présente dans ce nouveau travail les genres de l'*Erythroxylum* et du *Malpighia*, dans lesquels ce caractere est remarquable.

L'*Erythroxylum*, genre composé d'abord par Brown, et adopté ensuite par Linné, a été rangé par ce dernier dans sa Décandrie, et non rapporté à sa Monadelphie, quoiqu'il eût remarqué d'après Brown la réunion inférieure des dix filets d'étamines. Il n'en a connu que deux especes. M. Bernard de Jussieu avoit rapporté à ce genre le *Coca* du Pérou, envoyé par son frere. Plusieurs arbrisseaux, observés depuis par Commerson dans ses voyages, ont offert le même caractere. M. de Lamarck, l'un de nous, en a rapporté plusieurs dans la nouvelle Encyclopédie, en traitant le même genre, dont il a porté le nombre d'especes à huit. M. Cavanilles décrit et figure les mêmes plantes, auxquelles il ajoute trois especes, dont une regardée par M. de Lamarck comme variété d'une des plantes de Commerson, lui paroît devoir être distinguée; les deux autres sont nouvelles et originaires d'Amérique. Le caractere générique donné par l'auteur est à-peu-près celui des Botanistes déja cités; il ajoute cependant que le fruit, ordinairement uniloculaire et monosperme, devient quelquefois triloculaire et trisperme : ce que Commerson avoit déja observé dans une de ses especes, dont il faisoit pour cette raison un genre distinct.

Le *Malpighia*, autre genre de cette Dissertation, avoit été établi par Plumier, qui en détermina cinq especes. Linné en porta le nombre à neuf. M. Cavanilles en compte quinze, dont deux sont tirées des ouvrages d'Aublet et de M. Jacquin. Les quatre dernieres sont nouvelles, observées en Amérique par Surian, Desportes et Joseph de Jussieu. Toutes ces especes sont décrites d'une maniere très détaillée. Le caractere du genre est conforme en grande partie à celui de Linné, auquel M. Cavanilles ajoute la réunion des filets d'étamines par le bas, laquelle avoit été déja indiquée par M. Adanson, comme l'un des principaux caracteres de sa famille des *Geranium*, à laquelle il rapporte ce genre. M. Cavanilles observe encore que le nombre de trois noyaux monospermes indiqué par les auteurs dans la baie du *Malpighia*, est réduit quelquefois à deux, et plus rarement à un; et que dans une espece les trois noyaux sont confondus en un seul triloculaire et trisperme. Le premier de ces caracteres avoit été remarqué par M. Jacquin, dans deux de ses especes, remarquables en même temps par un style solitaire, et différentes en ce point des autres especes connues qui ont trois styles. Le caractere du noyau triloculaire n'est consigné dans aucun ouvrage antérieur.

Il résulte de ce nouveau travail, que M. Cavanilles, en décrivant des genres

connus, a ajouté quelques especes et quelques faits nouveaux aux especes déja décrites et aux connoissances acquises, et qu'il a consigné dans des gravures très bien exécutées, des plantes que l'on ne connoissoit que par des descriptions, et d'autres qui n'étoient pas connues. Ces planches, au nombre de dix-huit, contiennent vingt-trois plantes. Nous pensons que cette nouvelle Dissertation mérite, ainsi que les précédentes, d'être approuvée par l'académie, et imprimée de même sous son privilege.

Au Louvre, le 3 avril 1789. *Signés*, DE LAMARCK, DE JUSSIEU.

Je certifie le présent Extrait conforme à l'original et au jugement de l'Académie. A Paris, ce 4 avril 1789.

Signé, *le Marquis* DE CONDORCET.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

ERYTHROXYLON LAURIFOLIUM. Tab. CCXXVI.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

ERYTHROXYLON. MACROPHYLLUM. Tab. CCXXVII.



A. J. Cavanilles. del. Sellier. sculp.

SEPTIMA

DISSERTATIO

BOTANICA,

Quatuordecim genera monadelpha continens, 24 tabulis accurate delineata.

UCTORE ANTONIO IOSEPHO CAVANILLES HISPANO-VALENTINO, SCIENTIARUM UPSALENSIS ACADEMIAE SOCIO, etc.



PARISIIS,

APUD FRANCISCUM AMB. DIDOT.

M. DCC. LXXXIX.

UM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIÆ SCIENTIARUM ACADEMIÆ.

SEPTIMA
DISSERTATIO BOTANICA.
Quatuordecim genera monadelpha continens;
24 tabulis accurate delineata.

PRÆFATIO.

QUÆ Linnæus in Monadelphia descripsit genera, fere omnia hucusque tradidi novis stirpibus aucta, atque generibus novem. Nunc vero perstringam illa quæ quamquam diversa a Malvacearum familia, Monadelpha tamen observavi. Horum magna pars fuit cognita Linnæo, de quibus egit in suis operibus: verum nescio qua de causa, a debita classe avulsa per reliquas disseminavit, eoque maxime quod in plurimis ipse stamina vidit coalita in unum corpus. Qui enim Meliæ aut Turrææ tubum antheriferum observent, Monadelpha ipsa fatebuntur: nihil equidem ad huius classis essentiam refert, quod antheræ adhæreant internæ aut externæ superficiei tubi; sed dumtaxat quod earum sustentacula, aut filamenta si adsint, in unum corpus coeant. Tubi ulterius aut urceoli staminiferi longitudo aut brevitas nihili ducenda est in classe determinanda. Quam ob rem si *Hermannia*, *Connarus* atque *Melochia* Monadelpha putantur, potiori titulo alia plurima illis adnumerari debent. Horum ergo 14 in hac dissertatione elucidanda sumpsi: fructificationis systema in singulis generibus ita delineavi, ut primo intuitu omnia conspiciantur, quibus indiget et delectatur botanicus: tabulas ulterius adeo nitidas sisto, quantum summa cura perficere potui. Si septima hæc Dissertatio Botanicis grata foret, brevi tempore octavam dabo de *Erithroxylo*, et *Malpighia*, quas citissime nona sequetur, in qua de *Banisteria* et affinibus agam; paratas enim habeo atque numeris omnibus absolutas. Nunc passifloræ pulcherrimum genus absolvo, quod decimam efformabit dissertationem.

Parisiis die 4 martii anni 1789.

STRIGILIA.

Character genericus.

Calyx monophyllus, ovato-tubulosus, apice quinque-crenatus.

Corolla monopetala usque ad calycem quinquepartita, laciniis linearibus, conniventibus?

Stamina: filamenta decem linearia angustissima longitudine fere corollæ, basi coalita: antheræ adnatæ ad superficiem internam filamentorum, piloso-stellatæ.

Germen pyriforme superum: stylus trigonus longitudine staminum: stigmata tria exerta globosa coalita.

Fructus: ex embrionis anatome videtur capsula sexlocularis, seminibus solitariis.

Obs. *Ab antheris strigiliformibus* Strigiliam *dixi.*

519. Strigilia racemosa. (Tab. CCI.)

S. Ramis tomentosis: foliis ovatis integerrimis subtus tomentosis: floribus racemosis.

Caulis arboreus? cuius rami tomentosi, rufi.

Folia alterna, ovata, integerrima, supra glabra, subtus tomento rufescentia, uninervia, nervo ramoso, venisque reticulata: petioli crassi, breves.

Flores racemosi, racemis axillaribus: flos quilibet pedicellatus pedicello infrà unibracteolato, versus medium unisquamimuloso.

Calyx tomentosus, parvus.

Corolla (quam semper vidi clausam in sicco) est calyce triplo longior et coriacea.

Staminum urceolus terminatur interne innumeris pilis rufis.

Reliqua ut supra in charactere generico.

Habitat in Peru, observata a Josepho de Jussieu. V. S. ♄. *communicatam ab huius nepote, qui in suis generibus Tino adiicit. Planta ulterius in patria examinanda, ut perfecte cognoscatur.*

Explic. tabulæ.

a Flos integer. *b* Stamina intus spectata. *c* Eadem situ naturali cum stigmatibus exertis. *d* Urceolus staminum. *e* Germen, stylus, stigmata. *E* Eadem aucta. *f* Germinis valde aucti sectio. *g* Corolla expansa. *h* Tria stamina aucta, extus spectata. *i* Eadem intus visa.

SANDORICUM.

Character genericus.

Calyx monophyllus apice quinquedentatus.
Corollæ petala quinque linearia patula, basi tubi staminiferi adfixa.
Staminum tubus erectus, longitudine corollæ, apice decemdentatus: antheræ decem basi internæ interiori dentium adfixæ.
Germen globosum, superum: stylus simplex apice globoso-sulcatus: stigmata decem brevissima, revoluta.
Fructus: drupa sphærica pomiformis, fœta nucibus quinque ovato-compressis, apice acutis, basi bivalvibus, monospermis.
Semina amigdalina, hilo arcuato.

520. Sandoricum indicum. (Tab. CCII, CCIII.)
S. Foliis ternatis ovatis cuspidatis alternis: floribus axillaribus racemosis.
Sandoricum. *Rumph. Amb. 1. p. 167. tab. 61.*
Hantol. *Rai. hist. 3. plant. Luzonens. pag. 54. n° 9. Camelli tab. 136. inedita apud D. de Jussieu.*
Caulis arboreus, cuius cortex cinereus et glaber; lignum vero, centrale præsertim, rubrum; huiusque odor aromaticus rosmarinum referens.
Folia alterna, longe petiolata, ternata: petiolus communis tomentosus, canaliculatus, basi incrassatus, quatuor pollices longus, in cuius summitate exstant duo folia opposita subsessilia, inter quæ tertium assurgit, petiolo bipollicari sustentatum. Hæc sunt ovata cum acumine, integerrima, uninervia, nervo ramoso, supra glabra, subtus tomentoso ferruginea. Stipulæ nullæ.
Flores parvi racemosi: racemis axillaribus semi-pedalibus, ramulisque alternis multifloris.
Calyx monophyllus urceolatus.
Tubus staminum rubescens.
Fructus initio acidus, deinde alliaceus, cuius caro tenera albicans.
Habitat in Philippinis, Molucis, et passim in India Orientali. ♄. *V. S. apud DD. de Jussieu et Lamarck.*
Obs. I. *Plantam delineatam* tab. 202. *secundum exemplar Jussieuanum communicavi D. de Lamarck, qui humanissime mihi fructum ostendit, huiusque prima delineamenta Sonneratiana, dixitque illam esse* Sandoricum *Rumphii, seque de eadem in Dictionario encyclopedico acturum esse nomine* Hantol, *ubi et meam floris explicationem additurum. Ut ergo Botanici possideant huius generis fructificationem omnibus numeris absolutam, tabulam* 203. *delineavi.*
II. *Ioannes Raius loco citato in descriptione plantæ a patre Georgio Camello*

communicata dixit : Hantol Indis, Hispanis Santor. Arbor alta est et vasta, trifolia. . . . Flores perpusilli, bene olentes, subflavi, ex quinis petalis, et calyculato fructus rudimento constantes, racematim congeruntur. Poma magnitudine, figura, qualitate, sapore, et colore *Cytonia* ementiuntur, verum minus lanuginosa. In eorum meditullio quatuor aut sex fusca, cornea, magnitudinis maiorum favarum ossa, membrana tenaci cooperta, et carne alba, mollecula, grate acida, tomento inhærente obvoluta. Ex hac *Rob* grati soporis, *Rob* mororum vices gerens paratur. Ex succo vero *pomi*, syrupus qui *Cytoniorum* substituitur. Poma de reliquo passim et copiose saccharo condita pro bellariis asservatur.

Huius plantæ nomen ab Hispanis datum, *Santor* scilicet, ternatensi congruit, quod juxta Rumphium loco citato est Santul, et Sontoor.

Tabularum explicatio 202. *a* Flos magnit. naturali. *b* Calyx. *c* Staminum tubus auctus, sectus, et intus spectatum ut antheræ conspiciantur. *d* Stylus, stigmata. *e* Stigmata. *f* Germen.

Tab. 203. *a b* Fructus secundum Sonneratium. *c* Nucleus qualem vidi magnitud. natur. *d* Idem dehiscens. *e* Amigdalum hilo unitum. *f* Hilum separatum ab amigdalo *g*.

T U R R Æ A. *Lin.* 574.

Character genericus.

Calyx monophyllus, campanulatus, quinque-dentatus, persistens.

Corolla pentapetala, petalis longissimis linearibus.

Staminum tubus longus stylum vaginans, apice in decem lacinias acutas partitus : antheræ decem oblongiusculæ cum acumine, ad laciniarum ortum internum sessiles.

Germen ovatum superum. Stylus filiformis tubo paulo longior : stigma clavatum, nonnihil rugosum.

Fructus (ex Linnæo) capsula subrotunda pentacocca valvulis longitudinaliter dehiscentibus. Semina bina reniformia.

Obs. *Tur. lanceolata variat antheris* 11.

521. Turræa glabra. (Tab. CCIV.)

T. Foliis ovato-lanceolatis glabris acutis ; petalis longissimis glabris.

Caulis arboreus aut frutescens? cuius cortex cinereus, rugosus; rami vero suberecti inordinati, ut plurimum alterni.

Folia ovata, aut lanceolata, acuminata, integerrima, glabra, alterna, petiolis multoties longiora. Stipulæ nullæ.

Flores in summis ramis foliis immixti, magni, pluresque ex eodem puncto, cavo, squamoso prodeuntes.

Calyx brevis, denticulis acutis.
Corolla in sicco pallide rubens, petalis bipollicaribus linearibus apice nonnihil dilatatis.
Staminum tubus corolla brevior, antheræ tetragonæ.
Reliqua ut in char. generico.

Habitat in Madagascar. ♄. *V. S. apud D. de Jussieu in herb. Commers.*

Explic. fig. *a* Petalum. *b* Calyx cum tubo antherifero. *c* Tubus longitudinaliter sectus et expansus ut interiora conspiciantur. *d* Germen, stylus, stigma. *e* Anthera. *E* Eadem aucta. *F* Eiusdem sectio.

522. TURRÆA TOMENTOSA. (Tab. CCV. f. 2.)
T. Foliis ovatis integerrimis tomentosis : petalis longissimis villosis.

Tota planta tomentosa.

Folia alterna, ovata, integerrima, uninervia, tomentosa, mollia, petiolis triplo longiora. Stipulæ nullæ.
Flores axillares? (sic ex cicatricibus coniiciendum videtur) subsessiles terni aut plures prodeuntes ex receptaculo communi calyciformi multidentato.
Calyx ut in præcedenti, attamen tomentosus.
Corolla longior adhuc quam in præcedenti, rubens, extus villosa.
Reliqua ut in præcedenti.

Habitat in Madagascar. ♄. *V. S. cum præcedenti.*

523. TURRÆA LANCEOLATA. (Tab. CCV. f. 1.)
T. Foliis alternis lanceolatis coriaceis glabris : pedunculis axillaribus subbifloris.
Caulis frutescens? cortice griseo tectus; rami virgati.
Folia alterna, lanceolata, subcoriacea, nitida, integerrima, uninervia, inferne pallida, sustentata petiolis brevibus. Stipulæ nullæ.
Flores axillares, pedunculis uni aut bifloris.
Calyx ultra medietatem quinquepartitus, laciniis subulatis.
Corollæ petala flavescentia, basi subcoccinea, linearia, tubo antherifero breviora.
Tubus hic oblongus, in medio ventricosus, apice 10-11-fidus : antheræ ovato-acutæ 10-11.
Germen tomentosum : stylus filiformis : stigma capitato-acutum.
Fructus tomento rufo tectus. (Inchoatum vidi.)

Habitat in Madagascar observata a Commersonio. ♄. *V. S. communicatam a D. Thouin.*

Explic. fig. *a* Germen, stylus, stigma. *b* Apex tubi sectus.

524. TURRÆA VIRENS. *Lin. Sp. Pl. pag.* 271.
Arbor saturate virens, facie quisqualis. Folia alterna, petiolata, elliptico-lan-

ceolata, integerrima, emarginata, lævia, subtus pallidiora. Petioli brevissimi. Stipulæ nullæ. Flores laterales, axillares, flavi, congesti in spicam minimam, foliolis aliquot parvis interstincti.

Habitat in India Orientali. ♄. *Konig. apud Linnæum ex quo desumpsi descriptionem plantæ mihi ignotæ.*

TICOREA. *Aublet. 689. Tab. 277.*

Character genericus.

Calyx monophyllus, minimus, quinque-dentatus, denticulis acutis.

Corollæ petala quinque, unguibus longissimis in tubum coalitis, disco insertis : limbus patulus, lobis ovatis reflexis.

Staminum tubus tenuis, membranaceus, disco insertus, apice quinque-cuspidatus. Antheræ totidem oblongæ biloculares.

Germen subrotundum quinque-sulcatum minimum depressum. Stylus longus : stigma crassiusculum subrotundum.

Fructus : capsula quinquelocularis.

Semina . . . .

525. Ticorea fœtida. *Aublet.* (Tab. CCVI.)

T. Caule fruticoso : foliis alternis trifoliatis; floribus corymbosis, terminalibus.

Tota planta fœtida.

Caulis fruticosus decempedalis; cortex viridis glaber : lignum fragile : rami foliosi.

Folia alterna trifoliata : foliolis ovato-acutis glabris; quorum petiolus communis 6-8 pollicaris.

Flores terminales ad folii axillam corymbosi : pedunculus communis pedalis; apice ramosus; et in ramulis flores alterni.

Calyx viridis.

Corolla alba, petalis longitudinaliter concavis.

Germen circumdatum disco, cui affixus est tubus antheriferus.

Habitat in Sylvis Caux. *Floret mense februario.* ♄.

Obs. *Planta mihi ignota : quæ præcedunt et figura mutuata sunt ex Aubletii opere.*

Expl. fig. *a*. Calyx. *b* Idem expansus in cuius centro est discus. *c* Corolla. *d* Petalum. *e* Tubus antheriferus sectus longitudinaliter. *f* Anthera separata. *g* Discus in quo germen, stylus, stigma. *h* Discus cum germine.

MELIA. *Linn.* 576.

CHARACTER GENERICUS.

Calyx monophyllus parvus, profunde quinquefidus.
Corollæ petala quinque, linearia, carinata, patentia, longa.
Staminum tubus cylindricus erectus, corolla paulo brevior, apice partitus in 20 lacinias breves; stylum vaginans, atque basi clausa germen includens: antheræ decem ovatæ, parvæ, inter singulas binas lacinias interne adfixæ, quarum quinque alternæ paulo altiores.
Germen subovatum, insidens receptaculo nonnihil concavo: stylus cylindricus longitudine tubi: stigma capitatum, valvulis quinque conniventibus.
Fructus: drupa ovata, continens nucem subovatam, quinque-sulcatam, quinque-locularem; loculis monospermis.
Semina ovato-oblonga nigricantia, nitida.

526. MELIA AZEDARACH. *Lin.* (Tab. CCVII.)
M. Foliis bipinnatis. *Lin. Sp. pl. t. II. pag.* 271. *n°.* 1.
M. Foliis decompositis. *Hort. Cliff.* 161. *Roy. Lugd.* 462.
Azedarach. *Dod. Pempt.* 848. *Burm. Zeyl.* 40. *Herm. Lugdb.* 652. *Rai. Hist.* 1546.
Arbor fraxini folio, flore cœruleo. *Bauh. pinax.* 415.
Azadirachta indica, foliis ramosis minoribus, flore albo subcœruleo purpurascente maiore. *Comm. hort.* 1. *p.* 147. *t.* 76.
Azedarach semper virens et florens. *Tournef. inst.* 616.
Azedarach bipinnè. *Lamarck Dict. t. I. p.* 341.
Caulis fruticoso-arborescens, 8-10 pedes hic in Europæ hortis altus, ramosus, glaber ut et tota planta.
Folia alterna, bipinnata cum impari, foliolis oppositis ovato-acutis, serratis, serraturis quandoque incisis, obtusis: nullæ stipulæ.
Flores paniculati versus apicem ramulorum; paniculis axillaribus, solitariis, longis.
Corollæ petala intus dilute rosea, extus saturatiora, unguibus affixa tubi antheriferi imæ basi.
Hic tubus saturate violaceus: antheræ luteæ.
Germen glabrum. Stigmatis valvulæ albæ, fere semper quinque, aliquando sex.
Fructus parvæ olivæ magnitudine.
Habitat in Syria, et in India Orientali. ♄. *V. floridam mensibus iulio et aug. Colitur in R. H. P.*
Obs. *Hujus fructus inter venenatos habetur: canibus mortalis.*
Arbuscula pulcherrima quæ sub dio læte viget nedum in Hispania, sed etiam per universam fere Galliam.

Explic. fig. *a* Calyx. *b* Capitulum expansioni proximum. *c* Flos integer. *d* Idem aliter spectatus. *e* Tubus sectus longitudinaliter, absque laciniis terminalibus ut appareant antheræ. *f* Germen, receptaculum, stylus, stigma. *g* Stigmatis valvulæ auctæ. *h* Fructus. *i* Huius sectio transversa. *H.* Nux. *k* Semen.

527. MELIA AZADIRACHTA. *Lin.* (Tab. CCVIII.)

M. Foliis pinnatis (petiolis teretibus Cav.) *Lin. Sp. pl. t. II. pag. 272. n°. 2. Mill. Dict. n°. 2.*

Azedarach foliis falcato-serratis. *Burm. Zey. 40. tab. 15.*

Azadirachta indica foliis fraxini. *Breyn. ic. 21. tab. 15.*

Olea malabarica fraxini folio. *Pluk. Alm. 269. t. 247. f. 1.*

Aria Bepou. *Rhed. Malar. 4. p. 107. t. 52.*

Arbor indica fraxino similis, oleæ fructu. *Bauh. pin. 416.*

Azedarac ailé. *Lamarck Dict. tom. 1. pag. 341.*

Arbor excelsa, semper virens, valde ramosa, cortice fusco vestita.

Folia alterna pinnata cum impari, aliquando abrupte pinnata, foliolis suboppositis ovato-acutis, falcatis, serratis, uninerviis, nervo foliorum basim inæqualiter dividente: petiolus communis teres. Stipulæ nullæ.

Reliqua ut in præcedenti, at flores dimidio breviores.

Habitat in Ceylona, Malabari, &c. V. S. communicatam a D. de Lamarck. ♄.

Obs. I. *Ex huius fructibus oleum exprimitur, quo Malabarici utuntur ad nervos laxandos, et pro curandis ulceribus.*

II. *In herb. D. de Jussieu exemplar exstat in quo petioli omnes sunt longitudinaliter sulcati: flore orbatur, quare determinare non potui num nova species an varietas dumtaxat sit præcedentis.*

528. MELIA DUBIA.

M. Foliis bipinnatis: pinnulis lato-lanceolatis acutis serratis terminali maiore.

Exemplar unicum innominatum vidi in herb. D. de Lamarck, quod fructibus orbatum facile ad Trichiliam aut ad Meliam Linnæi pertinere poterit: itaque ut dubiam speciem hic adiungam quoadusque de fructu constet, et ad debitum genus reducatur.

Folia alterna bipinnata pinnulis oppositis cum impari terminali maiore: suntque foliola lata, lanceolata, acuminata, serrata: petiolus communis pedalis, et videtur nonnihil tomentosus.

Flores racemosi, racemis axillaribus compositis, folio brevioribus.

Calyx profunde quinquepartitus persistens.

Corollæ petala ut in M. Azadirachta quoad magnitudinem et situm.

Staminum tubus corolla paulo brevior, apice denticulatus: denticulis sex, an pluribus? Antheræ deerant; quod desiccationi tribuendum.

Germen ovatum: stylus filiformis, ruber: stigma peltatum.

Fructus (qui nondum debitam attigerat magnitudinem) est ovatus, subpubescens, coriaceus in sicco: partitus in quinque loculamenta.

Habitat in India Orientali, unde cum innumeris aliis plantis eam reportavit D. Sonnerat.

SWIETENIA. *Lin.* 575.

CHARACTER GENERICUS.

Calyx campanulatus, quinquefidus, minimus, deciduus,
Corollæ petala quinque, ovata, concava, patentia, basi urceoli adfixa.
Stamina: urceolus ventricosus, corolla paulo brevior, apice decemfidus: antheræ decem minimæ, acutæ, subtriangulares, ad basim laciniarum urceoli interne subsessiles.
Germen globosum superum: stylus brevis: stigma capitatum planum.
Fructus: capsula magna, ovata, lignosa, quinquelocularis, quinquevalvis, valvulis basi dehiscentibus.
Semina plura imbricata supra receptaculum pyramidale pentagonum, suntque compressa oblonga, glabra, superiori parte aucta ala pollicari foliacea.

529. SWIETENIA MAHAGONI. *Lin.* (Tab. CCIX.)
S. Foliis abrupte pinnatis, pinnulis ovato-lanceolatis, obliquis: floribus ramosis, minimis.
Swietenia. *Lin. Sp. pl. vol. II. p.* 271. *Jacq. Amer.* 127.
Cedrus Mahagoni. *Mill. Dict. n°.* 2.
Arbor foliis pinnatis, nullo impari: nervo ad latus. *Catesb. Car.* 2. *pag.* 81. *tab.* 81.
Cedrela foliis pinnatis, floribus sparsis, ligno odorato. *Brown, Iam.* 158.
Arbor excelsa, cuius lignum durum, fusco-rubescens; cortex ramorum præsertim cinereus, punctulis exasperatus.
Folia pinnata nullo impari: petiolus communis basi incrassatus: foliola sunt opposita breviter petiolata, glaberrima, ovato-lanceolata, acumine producta, obliqua et veluti falcata, uninervia, nervo basim inæqualiter dividente. Stipulæ nullæ.
Flores ramoso-paniculati, ramulis alternis, panicula axillari: flos quilibet pedicellatus; pedicello ornato duabus stipulis oppositis.
Calyx minimus, persistens in fructibus inchoatis, tandem evanescens.
Corolla in sicco flavescens; calyce paulo maior.
Fructus ovo gallinaceo similis, durissimus, fuscus. Reliqua ut in charactere generico.
Habitat in regionibus calidioribus Americæ. ♄. *V. S. apud D. de Jussieu.*
Obs. I. *Ex huius arboris ligno ornamenta domestica parantur pulcherrima.*
II. *Mirandum certe ex tam minutis floribus fructus adeo magnos provenire; quod in sterculia pariter observare debemus: in utrisque florum pedicelli sunt fere capillares, at postea incrassantur ut ponderosum fructum valeant portare.*
Explic. fig. *a* Calyx. *b* Flos integer. *c* Petalum. *d* Urceolus expansus. *e* Germen, stylus, stigma. *E* eadem aucta. *f* Calyx auctus. *g* Flos auctus. *h* Urceolus auctus. *k* Fructus magn. naturali. *s* Semen.

GUAREA. *Linn.* 515.

CHARACTER GENERICUS.

Calyx monophyllus, brevis, 4-crenatus.
Corollæ petala quatuor oblongiuscula, obtusa, basi urceoli adfixa.
Stamina: urceolus corolla brevior: antheræ octo, ovatæ, sessiles versus apicem urceoli interne.
Germen subglobosum, superum, insidens receptaculo orbiculari concavo: stylus filiformis: stigma peltatum.
Fructus: capsula drupacea, sphærica, obscure 4-sulca: quadrilocularis, loculis monospermis. Semina ovato-oblonga.
Obs. *Cl. Jacquinus de fructus natura dubitat utrum capsula, an drupa tandem evadat. Vidit arborem in insula Cubæ eiusque fructum immaturum; attamen quadrilocularem, et cortice crasso vestitum. Ego vero quamplurimos vidi siccos numquam apertos, semper tamen quadriloculares, tetraspermos, corticeque crasso atque durissimo tectos.*

530. Guarea trichilioides. *Lin.* (Tab. CCX.)
G. foliis abrupte pinnatis: pinnulis ovatis, floribus longe spicatis.
Guarea trichilioides. *Lin. Spec. plan. tom. 2. p.* 157. *Trichilia Gaura, Sp. pl. 2. pag.* 551.
Melia (Gaura) floribus octandris. *Jacq. Amer.* 126. *t.* 176. *f.* 37.
Arbor 25 pedes alta, erecta, comosa.
Folia alterna, abrupte pinnata; petiolus communis plusquam pedalis: foliola opposita subsessilia, ovata cum acumine, integerrima, uninervia, duabus inferioribus brevioribus. Stipulæ nullæ.
Flores racemosi, racemis longissimis, solitariis, axillaribus.
Fructus nucis avellanæ magnitudine, glaber. Reliqua ut supra.
Habitat in insulis Sancti-Dominici, Cubæ, &c. et in America calidiore. ♄. *V. S. communicatam a D. Dupuy.*
Explic. fig. *a* Calyx. *b* Capitulum. *c* Flos integer. *C* Petalum separatum. *d* Urceolus auctus et longitudinaliter sectus ut antheræ conspiciantur. *e* Germen auctum. *f* Idem magn. nat. *g* Fructus. *h* Eiusdem sectio. *i* Semen.

QUIVISIA.

Character genericus.

Calyx monophyllus campanulatus 4-5 dentatus, persistens.
Corollæ petala 4-5 lanceolato-obtusa, extus affixa imo urceolo antherifero.
Stamina : urceolus *germen cingens*, corolla brevior, apice sustinens 8-10 antheras subovatas erectas subsessiles.
Germen superum, globosum, sulcatum : stylus simplex urceolo longior : stigma globosum, crassum, sulcatum.
Fructus : capsula ovata quadrilocularis, coriacea, usque ad medietatem in quatuor valvulas medio septiferas dehiscens : loculis mono-dispermis.
Semina ovata, glabra, receptaculo erecto adfixa.
Obs. I. *Quivisiæ species omnes hucusque cognitæ debentur Commersonio, qui eas reperit in insulis Franciæ et Borbon : sunt frutices aut arbusculæ, vulgo cognita nomine* bois de Quivi, *id est* lignum Quivi *: ab hac voce nominanda dicet quamprimum in suo opere D. Ant. Laur. de Jussieu. Commersonius hoc novum genus nominaverat* Baretia *in memoriam illius feminæ quæ orbem peragrandi cupidine flagrans, virili habitu se sistit, quum navis e portu solveretur, atque ipsum Commersonium se famulaturam promisit : hæc est eadem quæ decursu temporis in Otaheyti insulam advecta, a barbaris fuit cognita ut mulier quamquam virili habitu tecta, mirantibus itineris sociis.*
II. *Genus Guareæ valde affine a quo antherarum situ differre videtur, foliisque simplicibus, et præcipue fructus valvulis coriaceis, medio septiferis.*

531. Quivisia decandra. (Tab. CCXI.)
Q. Foliis alternis, lanceolatis, glabris, integerrimis : floribus axillaribus racemosis.
Baretia bonafidia foliis constantibus, ovato-oblongis ; floribus albis, staminibus decem, nectarii limbo incumbentibus. *Comm. herb. ms. fig.*

Tota planta glaberrima.

Caulis arborescens valde ramosus.
Folia alterna, lato-lanceolata, pagina superiore nitida, utrimque acuminata, integerrima, petiolis quadruplo longiora. Stipulæ nullæ.
Flores axillares, racemosi, racemis brevibus.
Calyx campanulatus apice quinque-dentatus, denticulis cuspidatis.
Corollæ petala 5 alba, calyce triplo longiora.
Antheræ decem.
Fructus capsula tomentoso-rufa quadrilocularis, loculis monospermis.

Habitat in insula Franciæ. Commers. ♄. *V. S. communicatam a D. de Jussieu.*
Explic. fig. *a* Calyx. *b* Flos integer. *c* Petalum. *d* Urceolus cum antheris expansus. *e* Anthera aucta. *f* Germen, stylus, stigma. *F* Eadem aucta. *g* Fructus. *h* Idem dehiscens. *i* Semen.

532. Quivisia ovata. (Tab. CCXII.)
Q. Foliis ovatis alternis integerrimis : floribus subsessilibus axillaribus, binis, aut pluribus.
Baretia foliis tetrapetalis octandris : foliis constantibus ovatis. *Comm. herb. fig.*
Caulis fruticosus ramis alternis cortice griseo tectis.
Folia alterna, ovata, uninervia, glabra, integerrima, pagina superiori nitida : petioli breves. Stipulæ nullæ.
Flores axillares, subsessiles, bini, pluresve.
Calyx quadridentatus.
Corolla calyce triplo maior, petalis basi acutis extus albicantibus, intus rubescentibus (in sicco.)
Staminum urceolus rubescens, antheræ octo.
Capsula tomentosa.
Habitat in Insula Borbon. Commers. ♄. *V. S. communicatam a D. de Lamarck.*
Explic. fig. *a* Calyx. *b* Petalum. *c* Flos integer. *d* Urceolus sectus et expansus. *e* Anthera aucta. *f.* Germen, stylus, stigma. *F* Eadem aucta. *g* Fructus. *h* Idem dehiscens.

533. Quivisia heterophylla. (Tab. CCXIII.)
Q. Foliis ovatis, integris aut pinnatifidis : floribus axillaribus binis.
Baretia floribus tetrapetalis octandris : foliis mutabilibus. *Comm. herb.*
Caulis ut in præcedenti, rami divaricati.
Folia alterna nunc ovata, nunc ovato-pinnatifida, glaberrima, atque pagina superiori nitida. Nullæ stipulæ.
Flores axillares subsessiles parvi, sæpe bini.
Capsula parva, nunc glabra, nunc ovata in diversis fragmentis.
Reliqua ut in præcedenti. An varietas?
Habitat in Insula Borbon. Commerson. ♄. *V. S. communicatam a D. Thouin.*
Obs. *Utræque figuræ dictæ tabulæ eamdem plantam sistunt, quarum n° 2° varietas est valde notanda.*
Explic. fig. *a* Calyx. *b* Flos integer. *c* Urceolus longitudinaliter sectus. *d* Germen, stylus, stigma.

534. Quivisia oppositifolia. (Tab. CCXIV.)
Q. Foliis oppositis, ovatis, integerrimis, glabris : floribus axillaribus, pedunculis trifloris.
Caulis arboreus, ramis oppositis, quorum lignum flavescens, cortex vero griseus est et rugosus.
Folia opposita, ovata, integerrima, glabra, sustentata petiolis brevibus.
Flores ad singula folia axillares : pedunculi principales solitarii semipollicares, subtomentosi, ibique trifurcati, triflori ut plurimum.
Fructus capsula globosa, sublignosa, ciceris magnitudine, tomento rufo tecta,

in quatuor aut quinque valvulas usque ad medietatem dehiscens; 4-5 locularis; loculis dispermis. Semina ovato-oblonga receptaculo erecto quatuor aut quinque sulcis excavato adfixa.

Habitat in Insula Franciæ. ♄. *Commers. V. S. apud D. de Jussieu.*

Obs. *Flores deerant in exemplari; propter fructus tamen similitudinem praecedentibus adiunxi.*

Explic. fig. *a* Fructus. *b* Idem apertus atque spectatus antice. *c* Semen. *d* Receptaculum auctum. *D* Idem cui affixa sunt octo semina, anterioribus 7-8 sectis ut receptaculum appareat.

PORTESIA.

Character genericus.

Calyx parvus monophyllus, quadridentatus, persistens.

Corollæ petala quatuor, ovata, patentia, unguibus affixa basi urceoli antheriferi.

Stamina: urceolus corolla brevior, apice octofidus: antheræ octo, ovato-acutæ, sessiles ad partem internam urceoli, attamen parum exertæ.

Germen globosum superum: stylus simplex: stigma capitatum aut clavatum.

Fructus: capsula bivalvis, bilocularis, disperma: valvulæ ovato-carinatæ ab apice usque ad basim dehiscentes.

Semen ovatum, loculamento et semine uno sæpe abortivo.

In memoriam D. Poupé Desportes, medici insulæ Sancti-Dominici, qui plurimas reperit atque Gallis botanicis communicavit plantas americanas, inter quas et hanc innominatam misit.

Obs. *Differt a Guarea et Quivisia capsulis dispermis bivalvibus.*

535. Portesia ovata. (Tab. CCXV.)

P. Foliis pinnatis cum impari, foliolis obovatis: floribus glomerato-racemosis.

Arbor cuius folia sunt alterna pinnata cum impari ex quinque foliolis composita: hæc sunt lanceolato-ovata, integerrima apice latiora, sæpius acuta quam obtusa, uninervia, subsessilia; terminale maius, inferiora breviora. Nullæ stipulæ.

Flores axillares, racemoso-glomerati racemis vix pollicaribus: flos quilibet pedunculatus, pedunculi basi bracteata.

Corolla herbacea.

Fructus est capsula ovato-acuminata, parva, tomento rufo tecta.

Semen unicum vidi, cicatrices duas.

Habitat in Insula Sancti-Dominici observata a D. Desportes. ♄. *V. S. apud DD. de Jussieu, Lamarck, Thouin, Desfontaines, et Dupuy, qui fructiferam possidet, mihique exemplar communicavit.*

Obs. *De hac planta loquitur D. Lamarck tom. 3. p. 6. Dict. his verbis :* Guarea obtusifolia foliis subtriiugis, foliolis obovatis, extimis maioribus, racemis brevissimis. *Fructum non viderat, quare mirandum non est si Guarea adiunxit.*

Explic. fig. *a* Calyx. *b* Capitulum. *c* Corolla. *d* Flos integer. *e* Urceoli aucti superficies interior. *f* Germen. *F* Idem auctum. *g* Fructus. *h* Capsulæ valvulæ. *i* Semen.

536. Portesia mucronata. (Tab. CCXVI.)

P. Foliis ternatis, aut quinato-pinnatis, foliolis glabris mucronatis : racemulis florum axillaribus.

Ex fragmentis quæ vidi arborem aut fruticem credo hanc speciem; cuius rami alterni, cortex griseus, fissuris variegatus.

Folia alterna, ternata, aut pinnato-biiuga cum impari : foliola sunt ovata, mucrone terminata, glabra, uninervia, nervo ramoso, brevibus petiolis partialibus sustentata. Stipulæ nullæ.

Flores racemosi, racemis brevibus axillaribus et terminalibus.

Calyx brevis quadridentatus.

Corollæ petala lutescentia (in sicco) ovata, concava.

Stigma clavatum.

Fructus deerat. Reliqua ut in præcedenti.

Habitat in Madagascar, observata a Commersonio. ♄. *V. S. communicatam a D. de Jussieu.*

Obs. *Cum dubio hanc plantam præcedenti adiungo, quia de fructu nihil certum est. Verumtamen propter maximam characterum partem, quibus ipsa gaudet, hic prodit quoadusque fructus innotescat.*

Explic. fig. *a* Ramulus. *b* Calyx. *c* Idem auctus. *d* Flos integer auctus. *e* Urceolus parum auctus. *f* Eiusdem interna superficies cum antheris. *g* Germen, stylus, stigma. *G* Eadem aucta.

CIPONIMA. *Aublet. 566.*

Character genericus.

Calyx monophyllus turbinatus semiquinque partitus persistens : florifer inferus; tandem coronans fructum; ideoque superus, sustentatus pedunculo brevi, squamoso, et veluti calyculatus.

Corolla monopetala tubulosa, limbo quinque-partito, laciniis patulis obtusis : adnata urceolo staminum.

Stamina : filamenta numerosa (fere 30) corolla breviora, basi in urceolum connata, duplici phalange : antheræ globulosæ.

Germen superum minimum ovatum : stylus longitudine fere corollæ : stigma capitatum quinque-sulcatum.
Fructus inferus : nux corticata, ossea, ovata, quinquelocularis, pentasperma, calyce coronata.
Semina oblonga.

537. Ciponima guianensis. *Aublet.* (Tab. CCXVII.)
C. Foliis alternis, ovatis; floribus axillaribus, glomeratis, subsessilibus.
C. Guianensis. *Aublet. pag.* 566. *tab.* 226.
Arbor mediocris, trunco septempedali, supra ramoso, ramulis alternis tomentoso-rufis : lignum est albicans, compactum; cortex griseus.
Folia alterna, ovato-acuminata, integerrima, uninervia, nervo villoso, ramoso : antice glabra, postice glauca pilisque aliquot. Petiolus brevis tomentosus. Stipulæ nullæ.
Flores axillares in ramulum brevissimum glomerati; pedunculi breves.
Calyx hirsutus, stipatus infra basim tribus aut quatuor squamulis ovato-acutis, concavis, hirsutis.
Corolla alba, loborum limbo luteo.
Antheræ luteæ.
Fructus niger, cortice carnoso.
Habitat in Guiana observata ab Aubletio. Floret septembri. ♄. *V. S. apud D. de Jussieu in herbario D. Stoupy.*
Explic. fig. *a* Capitulum. *b* Flos, germen, stylus, stigmata. *d* Flos integer auctus. *e* Germen auctum. *f* Fructus calyce coronatus. *g* Huius sectio transversalis. *h* Sectio perpendicularis. *i* Semen. *D* Corolla cum staminibus aucta.

AQUILICIA. *Lin.* 303.

Character genericus.

Calyx hemisphæricus, coriaceus, quinquedentatus, persistens.
Corolla monopetala, semiquinquefida, laciniis ovato-acutis, revolutis, adfixa et adglutinata urceolo staminifero.
Stamina : urceolus germen cingens, corollâ brevior, apice quinque-partitus, laciniis emarginatis : filamenta quinque inserta inter lacinias totidem, incurva, partimque recondita intra urceolum : antheræ ovatæ, versatiles, ante fœcundationem conniventes atque tegentes stigma.
Germen orbiculato-compressum, pentagonum superum : stylus simplex urceolo brevior : stigma incrassatum.
Fructus : capsula orbiculato-compressa, pellicula tecta, quinque-sulcat que-locularis, loculis monospermis. Semina subrotundo-triquetra.

Obs. *D. Lamarck dixit in Dict. Encyc.* Semina esse a quinque ad decem : *ego semper quinque reperi.*

538. Aquilicia sambucina. *Lin.* (Tab. CCXVIII.)

A. Foliis bipinnatis, pinnulis lanceolatis serratis, glabris, floribus corymboso-ramosis.

Aquilicia sambucina. *Lin. Sp. pl. vol.* 1. *p.* 568. *Lamarck Dict. tom.* 1. *p.* 217. *Commers. herb. ms. fig.* Bois de source *vulgo a Gallis.*

Staphylea indica, foliis bipinnatis ; infimis ternatis ; summis quinis ; foliolis oblongis dentatis ; cymis tripartitis. *Burm. Flor. Ind.* 73. *tab.* 24. *f.* 2.

Frutex aquosus fæmina. *Rumph. Amb.* 4. *p.* 103. *tab.* 45. *non vero tab.* 44. *a Linnæo citata.*

Tota planta glabra.

Caulis fruticosus 12 pedes fere altus sambucum referens : rami nodosi, virides, medula farti.

Folia alterna bipinnata ; foliolis oppositis cum impari, sublanceolatis, serratis : petiolus communis canaliculatus, amplexicaulis, basi dilatatus, et prope hanc auctus membranis duabus oblongis, deciduis, utraque extremitate obtusis et liberis, medio et centro affixis limbo canaliculi petioli. Stipulæ nullæ.

Flores versus ramulorum extremitates axillares, corymboso-ramosis. Bis floret quotannis.

Reliqua ut supra in charactere generico.

Habitat in Java. ♄. *V. S. communicatam a D. de Jussieu.*

Explic. fig. *a* Calyx. *b* Capitulum. *c* Flos integer. *d* Idem auctus. *e* Stamen et anthera aucta. *f* Germen. *g* Idem auctum. *h* Fructus. *i* Semen.

Obs. I. *In herbario generali D. de Jussieu planta exsistit, quam Commersonius delineare curavit, quæque ad hoc genus videtur accedere. Fructu orbatur, floresque non nisi ex icone Commersonio licet cognoscere : in qua quum stamina sint recurva et patula, si vera est species Aquiliciæ, riteque depicta, suspicari poterit quod filamenta sint incurva ante fœcundationem, patula et reflexa peracto opere.*

Folia huic plantæ sunt etiam bipinnata, pinnulis quinque maximis fere pedalibus, tomentosis, præsertim nervo et venulis : an hæc planta eadem cum Nalugu Rhed. Malab. 2. *p.* 43. *t.* 26.

II. *Rhedd. Rumphius, et post ipsos D. Lamarck mirandas vires tribuunt et radici et foliis Aquiliciæ sambucinæ ; quæ omnia apud ipsos citatis locis videas.*

AVERRHOA. *Lin.* 626.

Character genericus.

Calyx pentaphyllus, foliolis ovato-lanceolatis persistentibus.
Corolla pentapetala; petalis lanceolatis; unguibus angustis, urceoli basi affixis, inferiori parte erectis, superiori patulis.
Stamina: urceolus annularis, brevis, germen cingens, terminatus decem filamentis, alternis, longioribus, semper antheriferis; quinque reliquis brevissimis in una specie castratis. Antheræ subrotundæ.
Germen oblongum pentagonum: styli 5 erecti: stigmata incrassata.
Fructus pomum ovatum pentagonum, quinqueloculare, loculis polyspermis: semina ovato compressa receptaculo columnari affixa; tunicata, intra eamdem tunicam solitaria aut bina.
Obs. *Stamina sunt vere monadelpha, non libera ut dixit D. de Lamark. vol. 1. 620. n° 2. Linnæum quoque hoc latuit.*

539. Averrhoa bilimbi. *L.* (Tab. CCXIX.)
A. Foliis pinnatis cum impari: foliolis ovato-lanceolatis subæqualibus.
A. Caudice nudo fructificante, pomis oblongis obtusangulis. *Linn. Sp. pl. t. II. p. 375. Lamarck Dict. vol 1. p. 620. n° 2.*
Blinbingum teres. *Rump. Amb. 1. p. 118. tab. 36.*
Bilimbi. *Rheed. Mal. 3. p. 55. tab. 45. et 46 Raj. Hist.* 1449. *n°* 7. Malus indica Burman. *Zel. p.* 147.
Caulis fruticosus 8-10 pedalis, aspectu pulcherrimus.
Folia alterna, plusquam pedalia, pinnata cum impari, foliolis alternis ovato-lanceolatis cum acumine, longis, villosis, subsessilibus: petiolus communis tomentosus. Stipulæ nullæ.
Flores racemosi, terminales, racemis compositis: pedunculis multipartitis; pedicellis unifloris.
Calycis foliola viridi-rubentia.
Corolla kermesina.
Fructus oblongus, ovatus, angulis quinque obtusis.
Reliqua ut supra.
Habitat in Java, alibique in India Orientali. ♄. *V. S. communicatam a D. de Lamarck ex collectis a D. Sonnerat, qui fructum maturum delineavit, a quo sumpsi figuras* k. l. m. *Hic peregrinator indefessus botanicam valde locupletavit.*
Obs. I. *Commersonius hanc stirpem descripsit; verumtamen asseverat*, staminibus quinque dumtaxat gaudere, non decem, *adiiciens*, ut dixit Linnæus.

Si ergo ille attente hoc vidit, fatendum erit hanc speciem nunc pentandram, nunc decandram esse. Sic eam definivit. = Averrhoa pentandra, racemis compositis per ramos qua nudos sparsis. *Videatur herb. apud D. de Jussieu.*

II. *Huius fructus quamquam acidi, saccaro, aceto, aut sale conditi, in usus domesticos asservantur, ut caparis et ribesii fructus.*

Explic. fig. *a* Capitulum. *b* Calyx. *c* Huius folium separatum. *d* Flos integer. *e* Petalum. *f.* Stamina. *g* Anthera aucta. *h* Germen, styli. *l* Fructus inchoatus (hæc omnia ut ego vidi.) *k* Fructus. *l* Sectio longitudinalis. *m* Sectio transversalis iuxta Sonneratii iconem ineditam.

540. Averrhoa carambola. *Lin.* (Tab. CCXX.)

A. Foliis impari-pinnatis, foliolis ovato acutis; terminali maiore: fructuum angulis acutis.

A. Axillis foliorum fructificantibus: pomis oblongis acutangulis. *Lin. Sp. pl. vol. II. p.* 375. *n°* 2. *Lamarck. Dict. ubi supra.*

Mala goensia fructu octangulari pomi vulgaris magnitudine. *Bauh. Pin.* 433.

Prunum stellatum seu blimbing. *Rump. Amb.* 1. *p.* 115. *t.* 35.

Tamara Tonga, vel Carambolas. *Rheed. Mal.* 3. *p.* 51. *t.* 43. 44.

Malus indica foliis senæ occidentalis. *Burm. Zeyl. p.* 148.

A. Pentandra racemis compositis ex foliorum alis. *Comm. herb. et ms.*

Arbor mediocris 12-14 pedes alta, cima orbiculari terminata.

Folia alterna impari pinnata, pinnulis 9-13 breviter petiolatis alternis, sensim versus apicem maioribus; quæ sunt ovatæ cum acumine, inferne glaucæ, supra virides. Stipulæ nullæ.

Flores axillares, racemoso-paniculati, parvi.

Calycis foliola ovata.

Corolla dilute violacea, calyce duplo maior.

Filamenta decem monadelpha: antheræ dumtaxat quinque. (Ita vidit Sonneratius in loco natali, ego in siccis plantis.)

Fructus multo maior quam in præcedenti, ovato-pentagonus, angulis acutis.

Reliqua ut in præcedenti.

Habitat in India orientali. ♄. *V. S. communicatam a D. de Jussieu.*

Obs. I. *Figuras* f. g. h. *ex Sonneratii delineatis sumpsi.*

II. *Rheedius et Rumphius de quadam varietate loquuntur cuius fructus est dulcis, qua de causa in hortis colitur.*

III. Averrhoa acida *Linnæi est* Cicca disticha *supplementi quod eius filius typis dedit. Hanc etiam dedit Plukenetius tab.* 269. *fig.* 2. *ad cuius latus videtur fructus magnitudine naturali, quamquam ramulus sit mirum in modum diminutus.*

Explic. fig. *a* Flos integer. *b* Petalum. *c* Calyx. *d* Germen auctum. *e* Stamina aucta. *f* Fructus ut in Sonnerati icone. *g* Huius sectio. *h* Columnæ pars.

CONNARUS. *Linnæi* 895.

CHARACTER GENERICUS.

Calyx monophyllus, quinque-partitus, persistens.
Corolla pentapetala, petalis ovato-oblongis, æqualibus, adfixis basi urceoli.
Stamina : urceolus brevis terminatus filamentis decem, alternis brevioribus; antheræ decem globulosæ, compressæ.
Germen ovatum : stylus cylindraceus : stigma globosum.
Fructus : capsula oblonga, gibba, unilocularis, bivalvis, monosperma.
Semen ovatum, magnum.
Obs. *Supradictum characterem præbet* Connarus africanus, *cuius integram fructificationem examinavi.*

541. CONNARUS AFRICANUS. *Lamarck.* (Tab. CCXXI.)
C. Foliis trifoliatis : petalis ebarbatis : floribus paniculatis.
C. Foliis ternatis, foliis ovatis utrinque acutis subtus nervosis : floribus paniculatis monogyniis. *Lamarck. Dict. tom. 2. p. 95.*
Caulis arboreus ? ramis glabris.
Folia alterna, trifoliata, ovato-acuminata, glaberrima, integerrima; petiolis partialibus prope folium incrassatis, terminali longiore. Stipulæ nullæ.
Flores paniculati; paniculis axillaribus et terminalibus.
Calycis laciniæ ovatæ.
Stylus nonnihil reclinatus, corolla brevior.
Reliqua ut supra in charactere generico.
Habitat in Africæ montibus vulgo SIERRA-LEONA, *inde adsportatus a D. Smeathman. V. S. apud D. de Jussieu.*
Obs. *Semen vidi radicans intra capsulam, radicula spiraliter contorta, fibrosa.*
Explic fig. *a* Calyx. *b* Corolla expansa. *c* Germen, stylus. *d* Stamina. *e* Eadem aucta et expansa. *f* Fructus. *g* Idem dehiscens. *h* Semen, cum radicula. *G* Germen auctum.

542. CONNARUS PINNATUS. *Lamarck.* (Tab. CCXXII.)
C. Foliis trifoliatis aut quinato-pinnatis : petalis basi bisetosis.
C. Foliis aliis trifoliatis, aliis pinnato-quinatis; foliolis oblongo-ovalibus; floribus monogyniis. *Lamarck ubi supra.*

Tota planta glaberrima.

Caulis. . . . .
Folia alterna ternata aut imp.-pinn. foliolis 2-iugis : hæc sunt ovato-acuta, in-

tegerrima, uninervia, venis convergentibus. Stipulæ nullæ.
Flores paniculati, paniculis terminalibus.
Calycis foliola ovato-oblonga.
Corolla calyce duplo maior : petalis prope basim bisetosis.
Germen ovatum, tomentosum : stylus longitudine corollæ.
Fructus : capsula oblonga, gibba, unilocularis, bivalvis, monosperma.
Habitat in India orientali. ♄. *V. S. communic. a D. de Lamarck ex Sonneratiana collectione.*
Explic. fig. *a* Calyx. *b* Corolla. *c* Petalum auctum. *d* Genitalia. *e* Stamina aucta. *f* Filamentum. *g* Germen. *G* Idem auctum. *h* Fructus nondum perfectus.

543. Connarus monocarpos. *Lin Sp. pl. tom. 3. p. 306.*
Rhus Zeylanicus trifoliatus phaceoli facie floribus copiosis spicatis. *Burm. Zeyl.* 199. *tab.* 89.
Obs. *Planta mihi ignota; verumtamen a sequente valde diversa ex Burmani figura. In hac enim folia sunt ovata sine acumine et uninervia, in sequenti trinervia, et orbiculato-acuminata. Connari omnes, ut vidimus, gaudent foliis uninerviis, quare a sequenti separanda videtur hæc species.*

544. Connarus pentagyneus. *Lamarck.* (Tab. CCXXIII.)
C. Foliis omnibus ternatis trinerviis : floribus pentagyneis.
C. Foliis omnibus trifoliatis; foliolis ovatis, acutis, subtus venosis : floribus pentagyneis. *Lamarck Dict. loco citato.*

Tota planta glaberrima calyce excepto.

Caulis arborescens? ramis teretibus.
Folia alterna, ternata, orbiculato-acuminata, coriacea, integerrima, trinervia, venisque reticulata. Petiolus communis basi incrassatus : partiales breves pariter incrassati. Nullæ stipulæ.
Flores numerosi, parvi, paniculati, terminales et axillares : ad ramulorum florentium basim squamula brevis. Uniuscuiusque item floris pedunculus ornatus stipulis aut squamulis tribus brevissimis, quæ calycem calyculatum referunt.
Calycis laciniæ ovato-lanceolatæ, coriaceæ, extus villosæ.
Corolla (in sicco lutea) calyce paulo maior.
Staminum urceolus brevissimus, terminatus filamentis decem rubentibus, alternis brevissimis; antheræ decem orbiculatæ.
Germina quinque, coadunata, villosa, ovato-acuta : styli quinque : stigmata incrassata.
Fructus deest . . . .
Habitat in Madagascar observatus a Commersonio ♄. *V. S. communicatum a D. de Lamarck.*
Explic. fig. *a* Calyx. *b* Flos integer. *c* Petalum auctum. *d* Stamina. *e* Eadem aucta

f Germina aucta. *g* Germen separatum. *A* Capitulum auctum cum squamulis.

Obs. I. *In reliquis speciebus Connari folia sunt uninervia ut supra dixi, et germen simplex : in hac vero, folia trinervia et germina quinque. An spuria species ? an genus novum constituet observato fructu ? interea tamen hic prodit, quia, germinibus exceptis, charactere Connari generico gaudet.*

II. *Iuxta D. Jacquinum alia datur adhuc species Connari, quem* C. DIVARICATUM *dixit : frustulum plantæ mihi misit dicto nomine notatum, omnimoda fructificatione destitutum, cuique foliola sunt minima, ovato-oblonga.*

AQUILARIA. BOIS D'AIGLE. *Sonnerat.* GARO. *Lamarck.*

CHARACTER GENERICUS.

Calyx turbinatus, coriaceus, semiquinquepartitus, laciniis ovato-acutis patulis persistentibus.

Corolla nulla.

Stamina : urceolus calyci imo adhærens, monophyllus, quinquepartitus, laciniis crassis tomentosis profunde bifidis, adeo ut decemfidus appareat. Ex singulis divisionibus totidem adsurgunt filamenta brevissima, squamulis breviora : antheræ decem, oblongæ, versatiles.

Germen in squamulorum centro et fundo calycis, ovatum, coronatum stigmate brevi simplici.

Fructus : capsula pyriformis, lignosa, bivalvis, bilocularis : dissepimentum bipartibile, innascens valvis medio septiferis : suturam ambiente membranula brevi.

Semina solitaria nigra corpore spongioso circumdata ; alterum sæpe abortivum.

Observ. I. *Genus valde affine Samydæ quod iam innuit D. de Lamarck tom. 2. Dict. p. 610.*

II. *Characterem genericum erui ex fructu adsportato a D. Sonnerat quem D. de Lamarck mihi commodavit : in illo exsistunt calyx, squamulæ et stamina, quæ basim fructus ambiunt. Ulterius D. Sonnerat corollæ atque genitalium figuras* a b c *delineavit : ex quibus omnibus tabulam construxi.*

545. AQUILARIA OVATA. (Tab. CCXXIV.)

A. Foliis alternis, ovatis, mucronatis.

Garo de Malaca. *Lamarck Encycl. tom. 1. p. 49. tom. 2. p. 610.*

Arbor, cuius rami constant ligno albicante-luteo, cortice griseo tecti : villosique tenerrimis summitatibus.

Folia alterna, petiolis sustentata brevibus pilosis, ovata, terminata mucrone, integra, glaberrima, uninervia, nervo ramoso, venisque subtilissimis. Stipulæ nullæ.

Florum situs et numerus mihi ignotus.

Reliqua ut supra in charactere generico.

Habitat in Malacæ montibus. ♄. *V. S. apud* **D.** *de* **Lamarck.**, *qui consulendus est tom.* 1. *Dict. encyclopedici p.* 49. *ubi prostant observationes de hac arbore, et de Agallocho silvestre, præstantissimo, et officinarum.*

FINIS VII DISSERTATIONIS.

EXTRAIT des Registres de l'Académie Royale des Sciences, du 21 *Mars* 1789.

NOUS avons examiné, par ordre de l'Académie, une septieme dissertation latine et botanique de M. l'Abbé CAVANILLES, dans laquelle l'auteur continue à passer en revue les plantes caractérisées par la réunion des filets des étamines en une seule partie. Il avoit examiné dans ses dissertations précédentes presque tous les genres qui constituent la famille des Malvacées; dans celle-ci, il examine des genres différents, au nombre de quatorze, dont neuf paroissent devoir faire partie d'une autre famille qui réunit l'Azedarach et les plantes caractérisées comme lui.

Cet ordre nouveau comprend des arbres et arbrisseaux à feuilles alternes non-stipulées, tantôt simples et tantôt composées, qui ont en général un calyce d'une seule piece à quatre ou cinq divisions; une corolle composée de quatre ou cinq pétales attachés sous le germe, et souvent rapprochés par le bas; un tube intérieur plus ou moins long, inséré au même point, formé de la réunion des filets d'étamines, et denté à son sommet; huit ou dix antheres, ou quelquefois moins, insérées à l'orifice du tube, soit sur les dents, soit contre leur base intérieure; un germe supérieur caché dans le tube, et surmonté d'un style terminé par un stigmate; une capsule ou baie à plusieurs loges, dont chacune contient une ou deux semences.

Les genres de cette famille décrits maintenant par M. Cavanilles, sont le *Melia*, ou Azedarach, le *Guarea*, l'*Aquilicia*, et le *Turræa*, déja établis par Linné; le *Ticorea*, publié par Aublet; le *Sandoricum*, connu incomplètement par les descriptions de Rumphe; le *Strigilia*, le *Portesia*, et le *Quivisia*, qui sont nouveaux et tirés des herbiers de Joseph de Jussieu, de Desportes et de Commerson. Ces genres, absolument voisins, ont un tel rapport entre eux, qu'ils ne peuvent être séparés dans l'ordre naturel. L'auteur remarque, comme l'ont fait d'autres avant lui, que Linné n'a point rangé ces genres dans la Monadelphie, parcequ'il ne regardoit pas comme réunion des filets d'étamines le tube intérieur auquel il donnoit le nom de nectaire. Cette dénomination vague de nectaire attribuée à toutes sortes de parties dans la fleur, a souvent induit en erreur les Botanistes, et nous souhaitons qu'elle soit dans la suite ou absolument retranchée, ou du moins très circonscrite.

Outre l'Azedarach et ses analogues, M. Cavanilles a décrit le *Swietenia* de Linné, qui a avec eux beaucoup d'affinité, et en differe par un plus grand nombre de semences renfermées dans chaque loge du fruit. Il examine aussi l'*Averrhoa* et le *Connarus* du même auteur, qui sont polypétales comme les précédents; mais appartenants à d'autres familles, et ayant les filets d'étamines réunis seulement par le bas en un anneau. Ses recherches s'étendent encore à l'*Aquilaria* ou Bois d'aigle, genre apétale décrit par M. de Lamarck, l'un de nous, dans l'Encyclopédie méthodique, et au *Ciponima*, genre monopétale d'Aublet, qui ont tous deux les filets réunis à moitié en une couronne terminée par dix étamines dans le premier, par un nombre indéfini dans le second.

Ces cinq genres, joints aux neuf précédents, contiennent vingt-sept especes; que l'auteur passe toutes en revue, en suivant la marche deja observée dans ses autres dissertations, et en ajoutant de nouvelles observations à celles des auteurs qui l'ont précédé. De ces especes neuf sont déja mentionnées par Linné, deux par Aublet, quatre par Lamaıck, une par Rumphe; les onze autres n'ont encore été publiées par aucun auteur, et dans ce nombre huit sont tirées de l'herbier de Commerson, qui les avoit caractérisées en partie. Toutes ces plantes sont représentées dans vingt-quatre planches supérieurement exécutées d'après les dessins de l'auteur. Ce travail, dont il annonce une nouvelle suite, nous paroît mériter d'être approuvé comme les précédents par l'académie, et imprimé de même sous son privilege.

Au Louvre, le 21 mars 1789. *Signés*, DE JUSSIEU, DE LAMARCK.

Je certifie le présent Extrait conforme à l'original et au jugement de l'Académie. A Paris, ce 27 mars 1789.

Signé, *le Marquis* DE CONDORCET.

ANTONII JOSEPHI CAVANILLES

REGIAE SCIENTIARUM ACADEMIAE UPSALENSIS SOCII

OBSERVATIONES (1)

IN QUINTUM FASCICULUM D. L'HERITIER.

BOTANICO auctori officia duo imponunt iustitia et recta ratio: unum scilicet ut elucubrationes suas omnes in scientiæ profectum atque in studiosorum utilitatem dirigat; alterum vero ut, plagium semper abhorrens, unicuique quæ sua sunt tribuat. Si enim philautia actus in id animum inducat ut inventor semper videri velit in iis etiam quæ alii tradiderunt, et ab his iure merito insectabitur, et ab omnibus qui botanicam perficere atque elucidare nituntur, ut inutilis operarius spernetur ipse cum operibus. Numquam equidem emunctæ naris hominibus imponet malis artibus, quibus plantas iam cognitas atque descriptas, tamquam novas denuo sistat mutatis nominibus, aut quod veritati contrarium est, si quas hodie profert, vero editionis subtracto anno in anteacta tempora reducere conetur. His ergo iustitiæ legibus imbutus, audio dominum l'Heritier dedisse typis quintum sui operis Fasciculum ultimo ianuario huius anni 1789. Conquiri ipsum iubeo, votique compos, examinare eum incipiebam quum in operis titulo conspicio typis datum anno 1785. Errore id factum credidi, et utinam ita fuisset auctoris gratia! quum non nisi anno 1789 (2) vere in lucem ipse prodierit: attamen, lecto opere atque examinatis tabulis, veram detexi anachronismi causam: maxima enim plantarum pars dicti Fasciculi multo iam tempore elucidata legebantur in meis opusculis; canones item, quos longo examine improboque labore constitueram, fere ad verbum translatos nonnullos ibi conspexi; atque ut fucum lectoribus faceret prædictus auctor, mutavit plantarum nomina meumque silentio pressit. Quam incongrue, aut potius iniuste id factum sit, neminem fugit. Si enim botanici, exteri præsertim, potiorique titulo qui futuri sunt, opera mea cum l'Heritierio Fasciculo aliquando comparent; ubi primum hunc sciant meis antecessisse; me insectabuntur iure merito quod nomina planta-

(1) Prodeunt hic huiusmodi observationes, approbatione debita, non tamen illa aut privilegio, quibus meæ dissertationes fulciuntur academiæ scilicet scientiarum Parisiensis. Hæc enim de scientis iudicat, de polemicis quæstionibus pronuntiare renuit antiqua consuetudine. Quia vero ex hac discussione non nihil luminis affulget circa quædam botanices asserta, volui illam lectoribus offerre.

(2) Nuntiatum primo vidimus hoc opus in physicæ diario. (*Journal de physique de M. l'abbé Rozier*) mense ianuario anni 1789, Parisiis.

rum in scientiæ detrimentum mutaverim; quod auctoris nomen reticuerim; plagio denique me accusabunt; atque mala omnia, quæ in unicum fasciculi auctorem vertenda sunt, me obruent innocentem. Æquum itaque duxi rationes adducere luce meridiana clariores, quibus anachronismus et plagium demonstrentur, ut botanici possint de hac lite merito pronunciare, quos velint deprecor sequentem tabulam cum annotationibus perlustrare: huius prima columna D. l'Heritier plantas sistet, secunda mei operis partem:

L'Heritier.	Cavanilles.
Hibiscus Solandra, p. 103. tab. 49. (1).	Solandra lobata, p. 41. 55. tab. 136.
Malope parviflora, p. 105. t. 50.	Palaua malvifolia, p. 40. t. 11. f. 4.
Sida truncata, p. 107. t. 51.	
S. angustifolia, M. p. 109. t. 52. (2).	Sida angustifolia, p. 14. t. 2. f. 2.
S. supina, p. 509. bis. t. 52. bis. (3).	S. ovata, p. 350. t. 196. f. 2.
S. fragrans, p. 111. t. 53.	
S. paniculata. *L.* p. 112. (4).	S. capillaris, p. 10. t. 1. f. 7. S. paniculata, p. 16. t. 12. f. 5.
S. viscosa. *L.* p. 111. bis. t. 53. bis. (5).	S. fœtida, p. 349. t. 196. f. 1.
S. althææfolia. p. 112. bis.	
S. suberosa, p. 113. t. 54.	
S. ricinoides, p. 115. t. 55. (6).	S. palmata, p. 40. t. 3. f. 5.
S. iatrophoides, p. 117. t. 56. (7).	S. palmata, p. 274. t. 131. f. 3.

(1) Folia repræsentantur glabra, cuius tamen pagina superior est scabra, pilisque obducta. Flores sistuntur magnitudine naturali duplo minores. Haud conspiciuntur duo ordines, quibus disposita sunt semina in singulis loculis: neque illa sunt rite figurata. Frustra quæres huiusmodi defectus in mea tabula, quam consulere poteris.

(2) Hanc plantam iam olim figuravit Scopoli, quem auctor silentio premit: itaque inutilis reputanda est huius tabula quemadmodum et præcedens, utpote quæ accurate fuerant alibi delineatæ.

(3) Observari oportet D. l'Heritier tabulas quatuor (52. 53. 56. 57.) intercallasse totidemque paginas; ut plantas quæ proxima æstate et autumno floruerunt posset tamquam veteres producere; quæ tamen descriptæ atque delineatæ conspiciuntur in meis dissertationibus, sextâ præsertim. Hoc itaque in memoriam revoco ut anachronismus operis magis ac magis pateat: quem non casu factum fuisse, sed dedita opera ostendunt repetita menda eiusdem naturæ Fasciculorum scilicet 2. 3. et 4. Secundus apparuit mense februario 1786, cui tamen aptarunt typographi annum 1784: tertius mense martio 1786. Quartus nuntiatus fuit in diario Parisiensi die 14 iunii 1788 his verbis, *Le quatrieme Fascicule vient d'être publié*; quamquam fronte gereret annum 1785.

(4) Perperam ab auctore in unum coniunguntur plantæ diversæ, quas tales reputavit Cl. Iacquinus pag. 49. 1. volum. collectan. Alteram ego cum Linnæo dixi *Sidam paniculatam* anno 1785, alteram *S. Capillarem.* Hanc misit mihi D. Iacquinus cum suis operibus postquam typis dederam primam dissertationem, in quibus illam nominavit *S. atro-sanguineam.*

(5) Hæc planta, foliis exceptis, est valde pilosa, quod non video in Fasciculi tabula, quæ stylum unicum multifidum sistit, quum re vera stylis pluribus gaudeat hæc species, ut ipsemet D. l'Heritier in descriptione confitetur.

(6) Recte hanc plantam pro varietate habet auctor.

(7) Capsulas in hortis muticas, in loco natali aristis strigosis bicornes esse scribit D. l'Heritier. Hoc ultimum verum, primum vero non ita esse docet experientia. Consulatur pagina 274 mei operis, et hortus regius Parisiensis mense augusto.

L'Heritier.	Cavanilles.
Sida uniloculàris, pag. 117. bis. t. 56. bis. (1).	Sida humilis, p. 277. t. 134. f. 2.
S. pterosperma, p. 119. t. 57.	S. multifida, p. 25. t. 4. f. 2.
S. nutans, p. 119. bis. t. 57. bis. (2).	S. calyptrata, p. 57. t. 133. f. 1.
S. hernandioides, p. 121. t. 58. (3).	
S. nudiflora, p. 123. t. 59. 59. β. (4).	S. stellata, p. 57. t. 5. f. 4.
S. crassifolia, p. 125. t. 60. (5).	S. tricuspidata, p. 30. t. 6. f. 5.
S. cistiflora, p. 127. t. 61.	S. mollissima, p. 49. t. 14. f. 1.
S. mauritiana, p. 129. t. 62.	S. planiflora, p. 32. t. 135. f. 1.
S. beloere, p. 130.	S. populifolia, p. 32. t. 128. f. 2.
S. asiatica, p. 130.	S. asiatica, p. 31. t. 128. f. 1.
S. pilosa, p. 130.	S. hirta, p. 33. t. 129. f. 1.
S. arborea. *L.* p. 131. t. 63. (6).	S. peruviana, p. 276. t. 130.
S. retrorsa, p. 133. t. 64.	S. reflexa, p. 36. 54. t. 195. f. 1.

---

(1) Luxuriantem plantam delineare fecit auctor, ego vero pigmeam quam vidi in H. R. P. Verumtamen glabram ipse contra eiusdem sententiam, quam in descriptione legimus, stylumque unicum pro quinque posuit.

Credit ulterius hanc plantam esse *Althœam morifoliam* Plukenetii, additque hanc, iuxta Commersonium, crescere in Mauritia. Hoc ultimum veritati congruit, verumtamen exemplaria quæ vidi in celeberrimi peregrinatoris herbario, quæque descripsi pagina 9 primæ dissertationis, haud possunt aptari plantæ Fasciculi; quum illis non sint folia rugosa, sed pilosa dumtaxat; capsulasque habeant Commersonis exemplaria parum bicornes, et pedunculos annulatos.

(2) Valde suspicor hanc speciem esse eamdem illam quam descripsi et figuravi nomine *Sidæ calyptratæ* : 1° fructus figurâ atque capsularum monospermarum numero; 2° foliorum similitudine; 3° nomine a viatoribus Hispanis imposito. Casu hoc ultimum didici : inter plurima enim semina peruana, quæ ex Hispania accepi, nonnulla vidi notata dicto nomine *Sida nutans*, quæ ad meam S. calyptratam pertinere certe cognovi. Eorum partem communicavi D. Thouinio, ex quibus fortasse provenit planta Fasciculi. Examinabo iterum vivam ut possim de hac quæstione pronunciare.

(3) Haud recte adductam arbitror ad hanc plantam synonymiam Plumieri propter summam pedunculorum longitudinem : ego *Sidæ stellatæ* convenire dixi in prima dissertatione. Dixit in descriptione D. l'H. folia esse pubescentia, quod in tabula non apparet : addit etiam stylos esse tres aut quinque : quod innuere videtur stylos in Sida naturaliter a numero quinario descendere. Observationibus innumeris suffultus dixi in prima dissertatione pagina 4 : *Capsularum numerum et stylorum numero, aut unius styli divisionibus respondere, et numquam quinario minorem esse; nisi infirmitas adsit in planta.* In botanica non sufficit oculatum et probum esse; sed ulterius necessarium est, perfecte cognoscere num ea quæ oculis conspiciuntur naturæ legibus conveniant, an ab ipsis defectu recedant.

(4) Duabus tabulis eadem planta repræsentatur tomento debito destituta : prima plantam infantulam sistit, secunda ramum floridum. Huius pulcherrimæ stirpis fructus variat capsularum numero a 5 ad 7.

(5) Descripsi hanc plantam in prima dissertatione n° 64. atque contemptibilem certe figuram dedi; quapropter aliam delineare perfectam desiderans quemadmodum in secunda et tertia mantissa feci circa quamplurimas Sidæ species, quærebam quotannis eam in regio horto Parisiensi : viguit iterum anno proxime elapso 1788, quæ statim disparuit. Rogavi tunc temporis honestissimum D. Joannem Thouinium de dicta planta, qui mihi dixit D l'Heritierium, habita venia, ipsam delineandam secum adsportasse; qui non nisi octobri fatiscentem et sine fructibus reddidit, mihique tunc inutilem ut rite delinearem. Hoc ergo lectoribus moneo ut certiores de anachronismo Fasciculi fiant, qui frustra tomentum in tabula quærent quemadmodum et in sequentibus.

(6) Flos n° 1. contra naturalem situm est delineatus, quum petalorum limbus numquam reflecta-

Demonstratis hucusque anachronismo, et plagio Fasciculi, tum et quarumdam tabularum inutilitate et mendis, nova dogmata examinabo, quæ in me unum excogitata fuisse nullus dubito. Duo sunt præcipua quibus D. l'Heritier Solandram, Palauam, et Pavoniam (1) destruere conatur, primum scilicet, *Sola absentia calycis exterioris novum condere genus non iubet* (2): secundum vero, *Hibisci plurimi ..... pentacarpos, præmorsus .... ad urenam retrahenda sunt.... nec obstat calyx exterior plus minusve partitus* (3). Quæ si semel admittantur, malvacearum ordo ruet a Linnæo et ab omnibus botanicis receptus, illarumque non pauca genera characteribus privabuntur, unde confusio et indigesta moles exsurget: observentur corollaria:

I. Plurimæ exsistunt malvæ species, *caroliniana* scilicet *elegans*, *operculata*, *&c.* quæ a Sidis differunt calycis exterioris præsentia, quum eadem omnino sit omnibus fructificatio: ergo si *Sola absentia calycis exterioris novum condere genus non iubet*, Sida et Malva unicum efformabunt genus.

II. Nullum nisi hospitem in botanica fugit *Malachræ* et *Sidæ* characteres esse adeo similes ut vel ipse Linnæus utraque sub eodem genere coniunxerit in prioribus operibus. Differentia enim unice consistit in calyce exteriori *Malachræ*, quod non reperitur in *Sida*: ergo eodem principio poterunt *Malva*, *Sida* et *Malachra* sub unico eodemque genere collocari.

III. Hoc ultimum genus adeo simile *Urenæ* reperitur postquam D. l'Heritier *Hibiscum præmorsum* Linnæi in *Urenam* transtulit, ut nullo modo separari possit: sicut enim *Urenæ* et *Malachræ* capsula 5. calyx duplex, atque stigmata decem: ergo unicum genus constituet *Urena* cum tribus præcedentibus.

IV. Qui *Althææ* et *Malvæ* genera observare velit, illud unicum discrimen inter ipsa offendet, quod a laciniarum numero pendet, quæ in exteriori calyce numerantur: genitalia enim et fructus sunt omnino eadem in utrisque generibus: si ergo *nihil obstat calyx exterior plus minusve partitus* (iuxta D. l'Heritier loco citato), nullatenus poterunt illa genera separari.

V. Eadem quoque causa *Lavatera* illis adglutinabitur, cui genitalia et fructus sunt *Malvæ*, a qua recedere putarunt Botanici calyce exteriore monophyllo tripartito: characterem hunc spernendum prædicat noster auctor quia Linnæus inter Hibiscos numeravit species calyce exteriori monophyllo, aut polyphyllo (4): ergo ex quinque his generibus unicum habebimus satis amplum; hacque via botanis hucusque feliciter impervia, *Malvaceæ* plantæ fere omnes in unicum confundentur genus.

Botanici omnes, nisi præoccupato animo exsistant, prædicta corollaria et legitima esse, et ex duobus axiomatibus auctoris sequi fatebuntur. Generum

---

tur. Stylus unicus apparet, quum 12-15 debeant pingi. Pagina 36 mei operis rationes adduxi, quibus hæc species a S. arborea Linn. distinguatur.

(1) Nova sunt genera descripta in meis dissertationibus.

(2) Observatione pag. 104 Fasciculi.

(3) Ibid.

(4) Hibiscus tiliaceus et populneus quamvis gaudeant calyce exteriore monophyllo, recte nihilominus inter Hibiscos capsulis quinquelocularibus polyspermis a Linnæo collocati fuere. *Observ. supra. citata.*

numerus certissime illis minuitur; attamen facilitas omnis eliminatur; nec facile in tanta stirpium copia tuto determinabitur nova planta. Spretis enim characteribus notis, perfectis, tempore et auctoritate tantorum hominum sanctis, quis poterit 198 (1) differentias specificas præ oculis habere ut stirpem novo inventam determinare queat?

Genera ulterius, ut alibi dixi (2), inventa sunt ab auctoribus, ut studiosos dirigerent, memoriam iuvarent, plantas denique in fasciculos reponerent, qui portari certe possent, non obruerent humanum intellectum. Natura nulla fecit genera, botanicus invenit: et si *confusis generibus confundi omnia necesse est* (3), quantam confusionem pariant nova dogmata vel ipse Heritierius videat. Itaque qui ordinem in rebus quærant, qui facili via cupiant vegetabilia cognoscere, respuent certe nova dogmata: ego enim quamvis Linnæi non probem legem, qua calycem dictitabat limites absolutos ponere in generibus distinguendis; tamen calycem ceterasque fructificationis partes magnifacio, quamquam a fructu potissimum ducam characterem genericum. A fructu ergo et absentia calycis exterioris novum descripsi genus *Solandræ* nomine ab hibisco diversum: novum quoque et alterum prædicavi, *Palauam* scilicet, quod absentia calycis exterioris a *Malope* differt.

Malopes aliæ dantur species peruvianæ, quæ similiter gaudent calycibus simplicibus, dixit etiam noster auctor (4). Verumtamen ubi istas reperit, nisi in meo opere in quo duas descripsi *Palauæ* nomine? si, præter istas, alias ipse possidet aut vidit, ostendat scriptis et iconibus, tuncque grates debitas persolvam. Plantas vidi *Sidis* immixtas, quas inspecta frutificatione non *Sidas*, non *Malopes*, sed novum genus constituere, scripsi anno 1785 in prima dissertatione.

Postquam D. l'Heritier statuit, solam absentiam calycis exterioris novum condere genus non iubere, ita pergit loco citato. — *Vice versa iisdem principiis et ratione fructus, Hibisci plurimi capsulis quinque spinosis, aut inermibus, dum monospermis evalvibus præditi, quales sunt Hibiscus pentacarpos, Zeylanicus, spinifex, præmorsus, urens, et aliæ nonnullæ species novæ mox prodituræ; ad Urenam retrahenda sunt. Suadet Urena typhalæa pro hibisco spinifice; nec obstat calyx exterior plus minusve partitus. Hibiscus tiliaceus et populneus, quamvis gaudeant calyce exteriore monophyllo, recte nihilominus inter Hibiscos capsulis quinquelocularibus polyspermis a Linnæo collocati fuere.* Hæc omnia quoniam concinata arbitror ad labefactandum novum genus *Pavonia*, operæ pretium erit ea attentius extricare, ut vera a falsis separentur.

Falsum est 1°. Hibiscum populneum Linnæi gaudere calyce exteriore monophyllo: paginis enim 113, 155 mei operis ostendi huiusmodi calycem componi ex tribus foliolis deciduis, quod auctoritate DD. Banksii et Commersonis comprobavi, qui arborem floridam observarunt in insulis Taheity et Mauritiana. Erravit certe Linnæus qui excusari potest, quum tunc temporis ignota esset

---

(1) 94. Sidæ species. Malvæ, 52. Malachræ, 3. Lavateræ, 11. Althææ, 10. Malopes, 3. Palauæ, 2. Urenæ, 8. Pavoniæ, 13. Solandræ, 1. Lagunæ, 1.

(2) In diario physicæ D. Rozier, mense februario 1789.

(3) Cæsalp. apud Linnæum Phyl. bot. pag. 100. n° 159.

(4) Observatione pag. 106.

celebr. peregrinatorum auctoritas; at nostri auctoris error Parisiis conscriptus anno 1789 qui poterit excusari?

2°. Falsum est etiam *Pavoniæ spinificis*, *præmorsæ*, *urentis*, capsulas evalves esse: illarum enim plantarum (quæ Hibisci nominantur in quinto Fasciculo) capsulas bivalves esse scripsi et figuravi in tertia dissertatione; cuius veritas comprobari poterit in regio horto Parisiensi, ubi læte vigent.

3°. Incongrue collocatur Hibiscus pentacarpos inter plantas supra recensitas: ab his etenim recedit stigmatibus quinque et fructu uni-capsulari: quum illarum fructus ipso D. l'Heriterio annuente, ex quinque constet capsulis, quas decem stigmata prædixerunt: hoc ego primus typis mandavi anno 1786, p. 47 dicens: *Stigmatum numerum fructum* (in Hibisco Linn.) *indigitare*, *et vicissim ex fructu*, *una scilicet aut quinque capsulis*, *stigmatum numerum erui constanter posse*. Hac observatione suffultus, ubi primum *Pavonia urens* (1) floruit mense maio anni 1785 et genus determinavi, et fructum prædixi, quem descriptum dedi botanicis p. 285 mei operis.

Pulcherrimum Hibisci genus examinando (2), plantas reperi quæ diversum genus poposcebant dissimili fructu, atque stigmatum numero. Quare novum construxi genus quod celeberrimo peregrinatori et botanico hispano dicavi D. Iosepho Pavonio, quem ex Peruano imperio reducem Hispania possidet. Affine certe videtur hoc genus *Urenæ* generi: utriusque enim fructus componitur ex capsulis quinque monospermis, quem flos præcessit instructus duplici calyce, atque stylo, stigmatibus decem terminato. Perfecte hæc omnia noverat Fasciculi auctor: observationem probavit quam circa Hibiscos botanicis communicaveram; verumtamen non mihi sed sibi consulens, gloriam solus reportare cupiebat: quare a suo opere proscripsit nomina quæ meum possent aliquo modo indigitare, et continuo scripsit Hibisci species illas ad *Urenam* retrahendas esse.

Si *Pavoniæ* genus indignum reputavit; productis rationibus proscribat illud nominatim et aperte in scientiæ profectum; perfundat me luminosa critica et in rectum tramitem me reducat. Hoc omittens, botanici officia neglexit. Itaque quæ ille debuisset facere, perficere conabor opposita via, scilicet perperam ab auctore Hibisci species illas ad *Urenam* reductas fuisse. *Urenæ* calyx duplex est, exterior monophyllus semiquinquepartitus (3), interior pentaphyllus foliolis basi interna glandulosis: fructum componunt capsulæ quinque monospermæ, echinatæ hamulis numerosis minimis: folia demum sunt semper nervis glandulosa.

---

(1) Hæc planta pro Sida habebatur in R. H. P. quia hoc nomine missa, numquam floruerat: figuram dedi accuratam anno 1787 quam sistit tab. 49. n° 1. Huius ergo novo nomine *Urenæ* figuram atque descriptionem promittit noster auctor in Fasciculo typis dato anno 1785, ex quo colligi potest de plantæ fructificatione auctorem loqui, antequam flores fructumque viderit. Viri itaque moderatum animum laudare satis nequeo, qui spreta gloria studio comparata, hucusque tacuit, quum singulas offerebam botanicis dissertationes, ubi palam dixi, *me primum Sidarum canones invenisse;* quorum nonnullis ipse utitur in quinto Fasciculo: *me primum Pavoniæ urentis fructum observasse*, plantam re vera illi cognitam si anachronismus nullus exsistat in Fasciculo quinto; *me primum denique*, ut alia mittam, *errorem reperisse in Hibisco Linnæi*, quoniam duo genera in unum copulavit.

(2) Anno 1786.

(3) Consulatur sexta dissertatio, pag. 334. ubi de *Urenæ* charactere generico.

In Hibisco vero *præmorso*, *spinifice*, *urente*, verbo dicam, in omnibus Pavoniæ speciebus, calyx exterior est polyphyllus; interior monophyllus semiquinque-partitus: capsulæ sunt quinque inermes in novem speciebus, et in quatuor dumtaxat, armantur spinulis tribus longis acutis: folia demum et calyx interior glandulis orbantur. Ex huiusmodi characteribus diversa genera nasci debent, nisi nova dogmata in botanica introducantur, quæ confusionem pariant, ut supra demonstravi. Et quamquam noster auctor totis viribus contrarium tueatur, nihilominus botanicis litem iudicandam relinquo: abundet ille suo sensu: attamen rationum pondus libere examinetur; videantur confusionis corollaria superius adducta: suum cuique tandem tribuatur.

Quis nunc, observata nostri auctoris summa facilitate, qua *Pavoniam* cum *Urena*, *Palauam* cum *Malope*, *Solandram* denique cum *Hibisco* coniungit, reluctante characterum turma, non statim reputaret, illum numquam nova genera traditurum, nisi differentiis luce meridiana clarioribus atque characterum magno pondere? Id certe rationi videtur consentaneum; verumtamen iste qui tam severus in mea scripta apparet, *Crini* genus anatomizat (1) hoc modo: *Crinum africanum* Linnæi in *Agapanthum* vertit novum genus, quia germine gaudet superiori (2): reliquas species distribuit in duo genera, *Crinum* scilicet et *Amaryllidem*, quibus est germen inferum, fructus idem, corolla monopetala sexfida, stamina sex. Verumtamen pro *Crino* addit, == *Character sistit in tubo cylindrico*, *limboque æquali*: pro Amaryllide vero, == *Essentiam generis administrat directio*, *vel proportio inæqualis filamentorum*. Mirentur botanici rationum pondus! discant futuri æstimare momenta! Verumtamen ab hac quæstione in præsentiarum supersedeo, ne falcem in alienam segetem mittere aliis videar: et Fasciculi corollarium tandem percurramus, in quo, supresso meo nomine, *Sidarum* doctrinam a me traditam partim næniis castigat noster auctor, partim sibi vindicat tanquam proprio labore partam.

Perlustratis innumeris speciebus *Sidæ*, constanter observavi earum semina tegumentis contineri solitaria, aut plura; ita tamen ut undique initio tecta, manifestarentur tandem, tegumentis singulis in duas valvulas dehiscentibus. Quare huiusmodi tegumenta nominavi capsulas; et quia quinque aut plures in unoquoque fructu semper vidi, *Sidæ* fructus dixi *multicapsulares*. Nominis novitate commotus noster auctor, acriter in ipsum invehitur ac proscribit ut improprium dicens. == *Nullæ itaque occurrunt species revera multicapsulares; quæ tales habebantur ad polycoccas amandandæ sunt.* Me fateor equidem peregrinum in lingua græca; attamen *polycoccos* et *multicapsularis* idem significare vel puer in trivio novit. Quare hæc nova quæstio de nomine dumtaxat est, et ut pacem cum D. l'Heriterio habeam, græce mihi loquendum erit. Quis nænias non miretur! Verumtamen si ineptum, si improprium reputavit nomen *multicapsulares*, quare illo utitur ad stabiliendas sectiones? in hoc sibi constare non videtur auctor: etenim postquam dixit: == *In omnibus filamenta terminalia peni-*

---

(1) In serto anglico nuperrime typis dato.

(2) Cl. D. de Lamarck ex crino africano, americano et tenello genus dedit, quod ab Amaryllide differt germine supero, quod inferum est in hoc ultimo genere. (Dict. Encycl. tom. 2. p. 189.)

cilliformia, excepta Sida retrorsa cui gradatim lateralia sceptriformia (1), sic pergit. == *Sed ordinatio Sidarum melius petenda est e fructu sat polymorpho.*

Sectio prima itaque comprehendit polycoccas arillis monospermis completis deciduis ....

Sectio secunda sistit polycoccas arillis monospermis incompletis ....

Sectio tertia agnoscit multicapsulares loculis monospermis....

Sectionem quartam præbent multicapsulares loculis polyspermis .... Quanta in hisce logomachia ! Quanta mutandi omnia prurigo !

P. S. Vix manum de tabula, quum lacessitus iniuria calamum iterum vel invitus arripio, non ut illam sæva cupiditate ulciscar, sed ut rationibus repellam. Apparuit enim in diario Parisiensi die 4 martii 1789 D. l'Heritier epistola, in qua modum et urbanitatem frustra conquisivi. Iratus scripsit eam noster auctor, iræque suæ causam præbuit breve monitum (2), quod ibidem vidimus mense februario. In illo iura mea de *Sida* et *Geranio* vindicabam, verens certe ne posteri aut exteri botanici me plagio arguerent, si Fasciculi anachronismus incognitus remaneret. Justum id ego existimavi, quod non ita credidit noster auctor.

Ut ergo litem possint lectores dirimere, columnas duas hic adnectam, quarum prima epistolam sistet, secunda commentaria apologetica : omnia tamen gallice, ne forte epistolæ nitor aut verborum proprietas versione minuantur.

---

(1) Neminem ne vel ipsum Fasciculi auctorem latet me primum de *Sida* disseruisse anno 1785, specierumque numerum multum auxisse : in omnium examine quædam reperi quæ conscripta prostrant paginis 3 et 4 observationum nomine ; in his et in decursu mei operis characterem optimum dedi, scilicet, *Tubus, cui petala inhærent, terminatur staminibus, nec ulla reperiuntur filamenta in eius superficie; excepta sola Sida reflexa.* Species item ordinavi a fructu sat polymorpho : capsularum numerum numquam reperi quinario minorem, qui semper stylorum numero respondet aut styli divisionibus si unicus exsistat. Hæc ergo quæ improbo labore reperi tradit denuo auctor tamquam ab ipso inventa. Si tandem ad anachronismum et plagium vitandum reponat, se plantas observasse quas ego vidi, atque in earum examine atque delineamentis totum fuisse ab anno 1784, respondebo, litterarum orbem non posse opera iudicare quæ servat auctor, nec illi communicat ; meque, utpote qui primus in arenam prodii, priorem ipso esse. Imitari certe debuisset Buffonii, Linnæi, Jacquini, omniumque auctorum morem, qui singulis voluminibus eiusdem operis debitum annum præfixerunt. Quid ergo vel ipse diceret si opuscula mea ad annum 1785 reduxissem, quia primum monodelphiæ tunc botanicis obtuli ? Hac via nullum inventum scientiarum cultoribus remaneret : omnia raperet quisquis auderet dicere, se illa alibi, anteacto tempore, vidisse, cognovisse.

UNICUIQUE SUUM.

---

(2) *Voici ma lettre* : M. l'Heritier vient de publier le cinquieme Fascicule de ses plantes nouvelles ; il le date de l'année 1785. La plus grande partie des plantes qu'il donne comme nouvelles avoient été décrites et figurées dans mon ouvrage intitulé : *Dissertationes Botanicæ.* Je n'y ai point cité M. l'Heritier, puisqu'il étoit impossible de le faire avant que son cinquieme Fascicule parût. J'en fais l'observation afin qu'on ne m'accuse pas d'être plagiaire. Je ne me plains point de ce que M. l'Heritier ne me cite pas en parlant de mes plantes, ni de ce qu'il a changé les noms spécifiques pour leur donner un air de nouveauté, ce qui augmente les difficultés de la botanique ; mais je réclame seulement mes droits ; et comme il annonce une monographie de *Geranium*, je crois pouvoir rappeller ici que j'en ai publié cent trente-quatre especes et cinquante-deux planches, qui se trouvent chez Didot fils. Les bornes de votre journal ne permettant pas de m'étendre davantage, je publierai dans ma septieme Dissertation des observations critiques sur le cinquieme Fascicule de M. l'Heritier. *Journal de Paris, 20 février, p. 233.*

Réponse de M. l'Heritier à la lettre de M. Cavanilles, insérée n° 51 du Journal de Paris.

Commentaires.

Je regrette que M. l'abbé Cavanilles ait choisi votre journal pour champ de bataille d'une querelle de peu d'importance, et qui n'intéresse qu'un nombre infiniment petit de vos lecteurs : ce sont les botanistes.

Je n'ai point choisi le Journal de Paris pour champ de bataille, puisque j'avois prévenu le public que les observations sur le cinquieme Fascicule paroîtroient dans ma septieme Dissertation, pour épargner une discussion ennuyeuse à la plus grande partie des lecteurs de ce journal.

L'objet de sa lettre n'est pas clairement prononcé.

Mon objet étoit de prévenir le public ; 1° que j'avois publié cent trente-quatre especes de *Geranium*, pour les mettre ainsi à l'abri du plagiat ; 2° que M. l'Heritier anti-datoit son Fascicule, et changeoit les noms de mes plantes pour s'approprier mon travail. Tout cela étoit prononcé avec clarté, quoique M. l'Heritier feigne de ne pas l'entendre.

Le fruit qu'il s'en est promis étoit-il d'avoir occasion de dire que son livre se vend chez tel libraire ? et n'aurois-je servi qu'à masquer son annonce ?

Belle question ! elle est si pitoyable que je me crois dispensé d'y répondre.

Quoi qu'il en soit, me voici provoqué, chose assez étrange, pour n'avoir parlé de lui ni en bien ni en mal.

Je crois que celui qui anti-date un ouvrage pour le faire paroître plus ancien, et pour ravir ainsi le mérite des autres ; qui par ce moyen et en changeant les noms, veut jeter un nuage sur l'honneur d'un auteur qui pourroit être regardé par les étrangers comme plagiaire ; je crois, dis-je, qu'il provoque : M. l'Heritier donc, en se conduisant de la sorte, a été l'agresseur ; je me suis défendu avec honnêteté en réclamant.

Et ce sont les *Sida* de M. Cavanilles, qui à coup sûr ne sont pas la meilleure de ses œuvres, que j'aurois dû citer.

Cet ouvrage n'est certainement pas le meilleur de ma collection pour ce qui regarde les planches, dont une grande partie se trouve déja refaite avec soin dans mes suppléments ; mais pour les descriptions, j'ai tâché de les calquer sur les modeles de Linné.

A cela deux réponses ; 1°. n'ayant rien tiré du

Je suis fâché pour M. l'Heritier que cette justification et cette réponse manquent d'exactitude ; car

fonds de M. Cavanilles, j'étois dispensé de le citer. Voilà ma justification pour les gens du monde qui ont dû confondre l'acception du mot *citer*, en fait de sciences naturelles, avec celui qu'il présente pour les ouvrages de littérature.

j'ai démontré dans mes observations ci-dessus qu'il a tiré grand parti de mon travail : par conséquent, même après la double acception qu'il établit du mot *citer*, il devoit m'avoir cité dans son Fascicule.

2°. Dans le sens donné à ce même mot par le Vocabulaire botanique, je n'ai point cité les *Sida* de M. Cavanilles, parceque sa dissertation ne m'a pas paru digne de l'être.

J'avoue que cette réponse est concluante : le ton d'ailleurs est très doux, très honnête ; mais puisque M. l'Heritier n'a pas trouvé ma Dissertation digne d'être citée, ne pourroit-il présenter quelque preuve plus convaincante que celles qu'il a données, dont je démontrerai bientôt la fausseté?

Telle est ma réponse pour les botanistes, quoiqu'ils sussent déja à quoi s'en tenir.

Je ne peux pas deviner quels sont les botanistes dont M. l'Heritier veut parler ; car l'Académie des Sciences a prononcé autrement sur le mérite de ma Dissertation, et elle a motivé la réponse (1) : que M. l'Heritier en fasse autant pour justifier son reproche.

J'en appelle au suffrage de M. Cavanilles lui-même, lui qui a recommencé une si grande partie de sa Dissertation. Ma discrétion ne laissoit-elle pas à lui seul le soin de continuer à se réformer lui-même, et de revenir sur un premier essai, peut-être mis au jour avant terme?

Mon *suffrage* se montre assez dans mes Observations et dans ces Commentaires. J'ai recommencé une grande partie des planches, mais non des Descriptions ; ce que M. l'Heritier tâche de confondre. Si dans ces dernieres j'ai corrigé quelques fautes d'après de nouvelles observations sur les plantes vivantes, c'est pour perfectionner mon premier essai ; c'est en suivant l'exemple des plus grands botanistes, entre autres de Linné, qui, à chaque édition de ses ouvrages, faisoit des corrections et des changements. M. l'Heritier lui-même, malgré le petit nombre de plantes qu'il avoit publiées jusqu'au mois de juillet dernier, a été obligé d'avouer dans le Journal de physique (année 1788, t. 2. p. 55.) qu'il avoit fait une *Ortie* d'une *Parietaire*, et qu'il avoit fait d'autres fautes consignées dans ledit Journal : il est donc injuste et inconsé-

(1) Voici comme l'Académie s'explique : « Ce travail, qui a exigé beaucoup de recherches et un « examen détaillé des caracteres spécifiques, nous paroît en général bien fait, propre à donner des « notions plus exactes sur un des genres les plus étendus du regne végétal . . . Nous engageons M. Ca-« vanilles à continuer ses observations sur ce genre, et nous croyons que l'ouvrage dont nous présen-« tons l'analyse, qui donne une idée très avantageuse de son auteur, mérite d'être approuvé par l'Aca-« démie, et imprimé sous son privilege. Au Louvre ce 13 avril 1785. »

quent; injuste, parcequ'il blâme une conduite louable; inconséquent, parceque lui-même a fait ce qu'il me reproche. D'ailleurs, s'il savoit que je m'étois corrigé moi-même, pourquoi ne s'en tient-il pas à l'opinion établie dans mes Suppléments ? n'y a-t-il pas là dedans une mauvaise foi et une discrétion feinte ?

Entreprendre de citer cet ouvrage, que M. Cavanilles même sembloit méconnoître, ne permettoit plus d'en taire, comme j'ai fait, les erreurs, les doubles ou triples emplois de la même plante.

M. l'Heritier prend ici son rêve pour une réalité; car je ne méconnois pas mon ouvrage, et les erreurs prétendues ne sont erreurs que dans son imagination. Il ne suffit pas de dire, Dans tel livre il y a des erreurs; il est encore nécessaire de prouver ce qu'on avance, et notre auteur est bien loin de remplir sa tâche, malgré les citations qu'il accumule dans sa lettre, comme je m'en vais le faire voir.

En parlant par exemple du *Sida arborea L.* je n'aurois pu dissimuler que de cette seule espece reconnue ici par Linné lui-même, M. Cavanilles en avoit fait trois autres plantes; savoir, *Sida Peruviana n°* 78. *Sida biflora n°* 80. et *Sida sylvatica n° 92.*

Que M. l'Heritier a été prudent quand il s'est contenté de se taire dans son Fascicule ! pourquoi a-t-il rompu son silence dans sa lettre ? Il prétend que mes trois epeces, *Peruviana*, *biflora* et *Sylvatica* sont la même plante que Linné fils (et non le grand Linné) avoit reconnue et nommée *Sida arborea* dans son supplément : il avance cette proposition, mais sans présenter aucune preuve; moi, au contraire, je soutiens qu'il se trompe, et voici la raison. Le *Sida Peruviana* a pour fruit douze à quinze capsules polyspermes, le *Sylvatica* trente à trente-six monospermes, et l'*Arborea*, selon Linné lui-même une capsule à cinq loges (*capsulæ quinqueloculares*, *Lin. supp. p.* 307.) : donc ces trois plantes sont autant d'especes différentes, lesquelles se trouvent séparées du *Biflora* par les feuilles à trois pointes particulieres à cette espece, dont le fruit m'est inconnu.

J'aurois dit ailleurs que le *Sida althææfolia*, gravé dans Sloane, étoit également répété deux fois sous les noms de *Sida multiflora n°* 34. et *Sida micans n°* 37.

Et je réponds que M. l'Heritier peut se tromper encore, comme il pourra s'en convaincre en examinant de nouveau les échantillons de ces plantes qui sont chez M. de Jussieu. Car entre autres caracteres le *S. micans* a un duvet tomenteux et brillant, les feuilles ovales, et les peduncules beaucoup plus longs, que le *Multiflora.* (Voyez les petits échantillons figurés dans ma planche troisieme.)

J'aurois encore dit que M. Cavanilles ayant publié dans sa premiere Dissertation que le *Sida in-*

J'ai séparé le *Sida vesicaria* du *Sida indica*, parceque j'ai vu le fruit de la premiere très enflé et composé de capsules à cinq semences, ce que je n'ai jamais pu trouver dans le *Sida indica* : elles

dica L. n°. 72. espece la mieux connue des *Sida*, l'avoit habilement décrite et figurée dans une seconde Dissertation, comme une nouvelle espece sous le nom de *Sida vesicaria n°* 87.

se ressemblent par les feuilles : mais la premiere est vivace et frutescente, ce qui ne paroît pas convenir à l'*Indica*.

Que non content d'avoir déja publié dans sa premiere Dissertation le *Sida pilosa* de Retzius, gravé dans Plukenet, comme deux especes sous les noms de *Sida veronicæfolia n°* 3. et *Sida morifolia n°* 7, il l'avoit encore fait graver dans sa derniere Dissertation, comme une troisieme espece, sous le nom de *Sida humilis n°* 402. &c. &c.

Les méprises que M. l'Heritier réunit dans ces lignes se trouvent relevées dans les observations ci-dessus, où j'ai fait voir de plus que le *Sida unilocularis* du Fascicule est mon *Sida humilis*, et que celui-ci ne peut être le *S. morifolia*, &c. &c.

Parler de la *Triguera*, genre que Murray avoit donné sous le nom de *Solandra*, eût été fournir la preuve que M. l'abbé Cavanilles n'avoit pas lu alors le *Systhema vegetabilium*, catéchisme des botanistes.

M. l'Heritier donne ici une preuve convaincante de sa mauvaise foi ; et voici la démonstration. La plante dont il s'agit fleurit en automne ; et la date de ma premiere Dissertation (15 avril 1785) prouve que je l'avois observée l'année précédente 1784. Or le *Systema vegetabilium* paroissant en Allemagne dans la même année 1784, je ne pouvois deviner à Paris que M. Murray nommoit à Gottingue *Solandra* la plante qui vivoit au Jardin du Roi : celle-ci formoit un nouveau genre, et je la nommai *Triguera*. Cette plante donc a été nouvelle pour M. Murray et pour moi, de la même maniere que l'*Osteospermum pinnatifidum* a été une plante nouvelle pour M. de Jacquin et pour M. l'Heritier. Celui-ci savoit fort bien que dans ma seconde Dissertation, datée du commencement de 1786, j'avois adopté le nom *Solandra* en renonçant au mien, et que je faisois ce changement après avoir lu l'ouvrage de M. Murray : donc notre auteur joint ici la mauvaise foi à la petite manie de me faire passer pour ignorant.

Et voilà l'idole à laquelle je devois sacrifier,

Ce compliment est si entortillé, si sublime, que je prie mes lecteurs d'acquitter pour moi la

et que j'aurois dû proposer au respect et à l'adoration des fideles et vrais botanistes ! Ne pas la briser cette idole, étoit, ce me semble, ménager assez M. Cavanilles.

dette de reconnoissance envers l'esprit fécond qui l'a mis au jour.

J'ai changé les noms spécifiques, ce qui augmente, ajoute M. Cavanilles, *les difficultés de la botanique.*

Je ne m'attendois pas, je l'avoue, d'être accusé d'augmenter les difficultés de la botanique, encore moins que ce dût être M. Cavanilles qui m'en fît le reproche.

C'est une vérité que M. l'Heritier doit avouer lui-même, d'après les difficultés que les botanistes ont éprouvées par les différents noms que les anciens donnoient à la même plante.

Tous les changeurs de noms sont répréhensibles en botanique, soit qu'ils fassent les changements pour s'approprier les découvertes des autres, comme M. l'Heritier a fait, soit qu'ils ignorent les ouvrages qui doivent être connus. Le nom de la personne qui fait ce reproche est indifférent tout à fait; et M. l'Heritier pouvoit s'attendre toujours à la juste réclamation de mes droits.

Sont-ce les noms spécifiques de Linné ? sont-ce ceux reçus par les vrais botanistes que j'ai changés ? non ; ce sont ceux que M. Cavanilles voudroit nous faire trouver spécifiques.

Remarquons d'abord deux vérités avouées par M l'Heritier lui-même; savoir, que j'ai publié mes ouvrages avant lui, et qu'il a changé mes noms spécifiques. Remarquons encore que M. de Lamarck a bien voulu adopter mes noms spécifiques des *Geranium*, des *Hermania* et des *Bomb.x* dans son Dictionnaire; et comme aucun botaniste n'a encore parlé après moi des *Sida*, excepté M. l'Heritier, qui sait si quelque autre à qui M. l'Heritier ne pourra pas refuser la qualité de vrai botaniste, n'adoptera pas aussi mes noms spécifiques de ces plantes neuves ? à moins que M. l'Heritier ne se croie le seul vrai botaniste présent et à venir.

Or, pour juger s'ils sont tels, il suffit d'en produire au hasard quelques échantillons. *Sida* (*calycina*) *foliis cordatis crenatis, calyce* MAGNO *quinquepartito, corollis* MAGNIS *patentibus n°. 9. Sida* (*reflexa*) *foliis subrotundo-cordatis acutis tomentosis absolete crenatis, corollis* MAGNIS *reflexis* COCCINEIS *n°. 79.*

Ce n'est pas au hasard que notre auteur produit ces échantillons, c'est d'après la recherche la plus minutieuse; mais peu importe, ils se trouvent dans mon ouvrage, il s'agit de faire voir que M. l'Heritier a tort encore. Je crois que le meilleur caractere spécifique est celui qui distingue parfaitement une espece de toutes les autres. Je me suis assuré par l'examen de toutes les especes de *Sida*, rapportées dans ma Dissertation, que la couleur de la corolle étoit toujours jaûne ou blanchâtre, et que les pétales étoient toujours ouverts sans être réfléchis : mais il y en avoit deux especes, le *Reflexa*

Tels sont les spécifiques de M. Cavanilles.

et le *Capillaris*, dont les pétales étoient presque cramoisis et réfléchis. D'après cette observation, j'ai établi le caractere spécifique sur cette propriété saillante, *petalis reflexis coccineis*, par laquelle ces deux especes se trouvoient séparées des autres. Voyant ensuite que le *Sida reflexa* avoit une corolle de deux pouces, et que le *Sida capillaris* l'avoit de deux ou trois lignes, je les ai séparées par les mots *magnis*, *minimis*. Si M. l'Heritier avoit fait ces observations, peut-être ne se seroit-il pas montré si sévere contre moi, ni si attaché aux principes de Linné, qu'il méprise trop souvent, comme j'ai fait voir dans mes observations ci-dessus. Observons en passant que quoique la couleur des végétaux ne soit pas constante en général, cependant il y a des cas où elle fournit un caractere très intéressant : telle est par exemple la couleur jaune dans le *Buplevrum*. Le regne végétal est trop grand, et la nature trop riche, pour leur assigner des regles générales sans exception : le nombre même des étamines et des styles, qui est la base du systême de Linné, manque souvent dans des plantes congéneres. Que M. l'Heritier suive toujours la *Philosophia botanica* de ce grand homme ; pour moi je m'écarterai de ses loix, quand j'en trouverai d'autres plus exactes dans la nature, qui est le livre ouvert à tout le monde.

Quant au mot *magno*, que j'ai mis dans la définition du *Sida calycina*, et qui a eu le malheur de scandaliser les oreilles botaniques de M. l'Heritier, je le regarde comme le meilleur caractere de cette espece, par la grandeur extraordinaire du calyce, qu'on cherchera en vain dans les autres especes à cinq capsules monospermées.

Remarquons enfin que M. l'Heritier ne répond pas au reproche d'avoir changé les *noms de mes plantes*, et qu'il tâche de confondre les noms avec la définition ou caractere spécifique de la plante.

Est-ce là le langage de la botanique en adolescence, et ce jargon ne rappelle-t-il pas plutôt le temps où les couleurs et les grandeurs servoient encore à distinguer les plantes ? Dn. Antoine-Joseph

M. l'Heritier pourroit, il me semble, avoir mesuré ses expressions : celles de sa lettre lui feront certainement plus de tort que ma réponse. Quant à moi, j'ajouterai ici, pour satisfaire sa curiosité, que j'écris pour tous ; pour les savants, afin d'être instruits par leurs lumieres, qu'ils voudront bien me communiquer ; pour les autres personnes, afin de leur épargner les recherches et les travaux que

Cavanilles écrit-il pour la France, ou pour une nation chez laquelle personne n'auroit lu le *Philosophia botanica* de Linnée ?

j'ai faits avec plaisir. Je veux m'abstenir de toute réflexion sur la *nation* qu'il veut désigner. Une nation, quelle qu'elle soit, mérite un grand respect : voilà m'a façon de penser.

La botanique n'est-elle pour lui qu'une science de date, de nombre, et de calcul, de sorte qu'à ses yeux le plus habile botanisre seroit celui dont l'imprimeur ou le graveur auroit été le plus diligent ; de même que le plus grand botaniste seroit celui qui auroit publié un plus grand nombre d'especes, en dépit même de la nature et de la réalité ?

Encore un compliment très honnête, que je recommande à l'indulgence des lecteurs. Pour moi, je regarde l'exactitude dans la date d'un ouvrage comme l'effet de la probité et de la justice de l'auteur. Le nombre seul des plantes et des gravures ne peut donner à personne le titre de botaniste ; Le plus habile sera sans doute celui qui aura mieux saisi l'ensemble du regne végétal, qui aura une connoissance plus intime de la nature, de la forme, et de l'organisation des végétaux, ainsi que de leurs rapports naturels. Je suis bien loin de prétendre à cet honneur ; mais concentré dans une classe nombreuse de plantes, sans négliger les autres, j'ai tâché d'approfondir les végétaux qui lui appartiennent ; j'en ai vu l'ensemble, les rapports, les caracteres ; j'ai examiné les opinions des auteurs, en relevant les erreurs quand j'en découvrois. J'ai publié plus de cinq cents plantes et deux cents planches que j'ai dessinées, et tout cet ouvrage a été soumis au jugement de l'Académie des sciences, qui a déterminé le nombre des plantes neuves, et des plantes déja décrites ; enfin, l'approbation de ce corps savant, et la permission d'imprimer sous son privilege, font au moins une présomption en faveur de la bonté de mon travail : celui de M. l'Heritier est entre les mains des savants, qui pourront l'apprécier.

A son compte, j'aurois trop à m'enorgueillir de me voir environ deux cents *Geranium*, tandis que ses calculs ne portent les siens qu'à cent trente-quatre. Si ce sont-là *les droits que M. Cavanilles réclame*, je n'ai garde de les lui contester.

Remarquons cependant une différence essentielle : savoir, que j'en ai déja publié cent trente-quatre, et M. l'Heritier aucun ; que les miens s'offrent aux regards du public, et que les siens sont vus par lui seul. M. l'Heritier pourra fort bien s'enorgueillir, quand il aura décrit et figuré les deux cents especes, et quand son ouvrage aura mérité l'approbation des savants.

Un dernier grief de M. Cavanilles est que mon cinquieme Fascicule soit

C'est ici où notre auteur se montre avec franchise ; où il avoue son antidate sous le prétexte *de son engagement avec ses souscripteurs, et de son*

dâté de 1785. Or, M. Cavanilles trouvera bon que je remplisse ma tâche envers le public. En commençant mes *Stirpes novæ*, j'ai promis quatre Fascicules par année. Mon séjour en Angleterre a interrompu mes livraisons ; mais la besogne n'a pas moins été faite et disposée, et j'espere m'acquitter peu-à-peu.

séjour en Angleterre. Jamais un tel engagement ne peut entraîner la nécessité d'antidater un ouvrage, par la raison simple que cette inversion des dates tendant à ravir aux auteurs son antériorité, ils pourroient dans la suite passer eux-mêmes pour plagiaires. *La besogne n'a pas moins été faite et disposée*, ajoute notre auteur. Mais dans quel temps ? Peut-il nier qu'à la fin de 1788 il travailloit encore ? les pages et les planches intercallées dans ce Fascicule en sont une preuve convaincante ; et quelques plantes qui n'ont fleuri pour la premiere fois que dans le mois d'août et de septembre derniers, lui feront avouer cette vérité. Et puisque ses affaires, ses voyages, ou d'autres motifs l'ont empêché de remplir sa tâche envers le public, M. l'Heritier en publiant ce Fascicule, devoit, il me semble, s'excuser du retard, dater son ouvrage de 1789, et faire savoir qu'il n'avoit fait attendre que pour mieux réussir dans son entreprise.

Mon sixieme Fascicule, qui est imprimé, est pareillement daté de 1785.

On voit que notre auteur a pris son parti : comme si la raison de dire : *il est imprimé*, étoit admissible. Qu'il change ou corrige la date placée au bas du frontispice, et sa tâche alors seroit également remplie.

Les septieme, huitieme, neuvieme, et dixieme Fascicules seront datés de 1786. Les *Geranium*, qui font tant d'ombrage à M. Cavanilles, sont datés de 1787-1788, et ainsi de suite, jusqu'à ce que je me sois remis au courant. Seroit-ce pour la premiere fois que des ouvrages publiés par livraisons, et sur-tout des ouvrages à figures, ne porteroient d'autre date que celle du premier cahier ? Et quand mes *Stirpes novæ* seront achevées, ne conviendra-t-il pas de supprimer tout ce qui pourroit déparer le livre, tels que les frontispices partiels, et

S'il faut un jour supprimer les frontispices partiels quand l'ouvrage sera terminé, pourquoi M. l'Heritier nous donne-t-il des dates différentes en nous livrant les cahiers ? pourquoi les antidate-t-il ? sera-ce donc pour remplir ses engagements envers ses souscripteurs, ou pour se prévaloir un jour de ses antidates ? M. l'Heritier auroit pu suivre l'exemple que lui ont montré les grands hommes ; je me contenterai de lui citer M. Jacquin, qui a publié des ouvrages à figures et par livraisons. Son *Stirpium rariorum icones* commença à paroîrre en 1781, et le dernier cahier fut livré en 1786. Ce botaniste célebre a mis au bas du frontispice : *ab anno* 1781 *ad* 1786. Il a porté sa délicatesse plus loin ; car les frontispices partiels, qu'on supprime en reliant les volumes, étoient datés de la vraie année dans laquelle il les offroit au public ; et le premier Fascicule du second volume est daté de 1787. Voilà le modele que je me suis proposé : à présent que M. l'Heritier nous cite le sien.

les tables particulieres des auteurs, remplacées alors par une table générale ?

D'ailleurs, Messieurs, je n'entends point lutter de vîtesse avec M. l'abbé Cavanilles.

Jaloux d'acquérir une réputation plus qu'éphémere, mes productions ne verront la lumiere que bien à terme,

Et mon commerce epistolaire avec M. Cavanilles se bornera pour jamais à cette réponse (1).

Signé L'HERITIER, *conseiller en la cour des aides.*

Quel effort d'avouer ce que tout le monde peut connoître en comparant nos ouvrages ! Je tâcherai, en redoublant mes soins et mon travail, de mériter l'approbation des botanistes.

Ce seront uniquement ses productions futures ; car au mois de juillet dernier il a reconnu des erreurs dans ses productions passées.

Il me déclare enfin qu'il ne m'écrira plus, à moi qui ne lui écrivois pas : me voilà bien puni !

---

(1) Voici encore une nouvelle lettre que M. l'Heritier a fait insérer dans le Journal de Physique, datée du 14 mars 1789.

MONSIEUR,

Provoqué par M. Cavanilles dans le Journal de Paris, j'ai dû lui répondre par la même voie. Il déclare aujourd'hui dans cette même feuille, un peu tard à la vérité, quand on a voulu donner le change à des lecteurs pour qui nos contestations étoient étrangeres, que ce sera dans le Journal de physique qu'*il réfutera mes objections*, *qu'il relevera mes erreurs*, et *qu'il appréciera mes connoissances botaniques*. Eh ! pourquoi M. Cavanilles s'est-il détourné de cette marche, la seule à tenir pour toutes discussions et réclamations scientifiques ? Il a craint sans doute que, dans un Journal tel que le vôtre, il me fût trop facile de multiplier les preuves de tout genre à l'appui de mon opinion, ou plutôt de l'opinion universelle sur les *Sidas*, en l'honneur desquels il m'attaquoit. Mais m'étant interdit toute réponse ultérieure, je ne reviendrai pas sur cet objet. Permettez-moi seulement, monsieur, d'insérer pour seule et unique réponse à tous mémoires ou lettres que M. Cavanilles pourroit vous adresser à mon sujet, soit en ce moment, soit par la suite, cette lettre le renvoyant à celle du Journal de Paris du 11 mars (c'est à-dire du 4 mars, nº. 63. supplément) que j'aurois bien desiré que vous eussiez pu réimprimer ici, m'étant apperçu que M. Cavanilles soulignant les prétendus passages de ma lettre, ne les rapporte pas trop fidèlement. Je n'ai eu garde de dire, par exemple, qu'il ait employé *le jargon de la botanique en adolescence.*

Je suis, &c. &c.

RÉPONSE.

Après avoir lu mes Observations et le *Postscriptum*, je crois que les botanistes pourront juger 1°. quel est celui qui a été l'agresseur, et quel est celui qui a été le provoqué dans cette discussion. 2°. Si j'ai bien réfuté les objections de M. l'Heritier; si j'ai relevé ses erreurs, et si j'ai apprécié ses connoissances botaniques. 3°. Si je devois craindre les preuves que M l'Heritier pouvoit multiplier à l'appui de son opinion, et sur-tout d'après l'échantillon qu'il publie dans sa lettre du Journal de Paris. 4°. Enfin, si j'ai rapporté fidélement tous les passages de cette même lettre, que M. l'Heritier a bien desiré de voir réimprimée dans le Journal de physique, et que je conserverai toujours dans mon ouvrage.

ERYTHROXYLON. SIDEROXYLOIDES. Tab. CCXXXIII



A.J. Cavanilles. del. Sellier Sculp.

ERYTHROXYLON COCA. Tab. CCXXIX



A.J.Cavanilles. del

Sellier. Sculp.

ERYTHROXYLON HYPERICIFOLIUM Tab. CCXXX.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

I . ERYTHROX BUXIFOLIUM. 2 . ERYTHROXYLON FERRUGINEUM . Tab. CCXXXI



A. J. Cavanilles del.

Sellier Sculp.





A J Cavanilles. del. Sellier Sculp.





A. J. Cavanilles del. Sellier Sculp.



A.J. Cavanilles. del. Selher. Sculp.

1 MALPIGHIA. URENS. 2.MALP. COCCIFERA. Tab. CCXXXV.



A J Cavanilles del

Sellier. Sculp




A J Cavanilles . del . Selma Sculp

MALPIGHIA SPICATA. Tab. CCXXXVII



A. J. Cavanilles. del. Sellier. Sculp.



MALPIGHIA. ARMENIACA.



A.J. Cavanilles. del.

Sellier. Sculp.

I. MALPIGHIA NITIDA. 2. MALP. GLANDULOSA. Tab. CCXXXIX.



A.J. Cavanilles, del. Sellier, Sculp.

MALPIGHIA VERBASCIFOLIA

Tab. CCXL.



A.J.Cavanilles. del.

Sellier Sculp

MALPIGHIA MUREILA.

Tab. CCXLI.



A.J.Cavanilles. del.

Sellier. Sculp



A.J.Cavanilles. del. Sellier Sculp

NONA

DISSERTATIO

BOTANICA.

De Banisteria, Triopteride, Tetrapteride, Molina et Flabellaria

22 TABULIS ORNATA.

AUCTORE ANTONIO IOSEPHO CAVANILLES HISPANO-VALENTINO,

Scientiarum Upsalensis Academiæ Socio etc.



SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI

EX TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DCC. LXXXX.

Prostat { Matriti apud D. Antonium Baylo.
Parisiis apud D. Firminum Didot. }

NONA

DISSERTATIO BOTANICA.

De Banisteria, Triopteride, Tetrapteride, Molina et Flabellaria.

22 tabulis ornata.

PRÆFATIO.

Opusculum de Banisteria eique affinibus plantis superiore anno ineunte absolutum, ne illico foras emitterem, difficillima tempora mox Parisiis exorta, meus in patriam reditus, tum herbarii, seminum, librorumque per id tempus absentia impedimento fuere. Nunc iis superatis obstaculis, paceque fruens optatissima, scientiis excolendis necessaria nedum utili, promissam fidem libero.

Banisteriæ species sunt omnes exoticæ, atque Americæ tractum calidiorem incolunt a Brasilia ad Luisianam usque, præcipue tamen insulas. Tanto illæ calore indigent, ut nunquam in Europa vixisse audierim. Sunt omnes frutices, ut plurimum scandentes, silvas ornantes florum pulchritudine, atque foliorum oppositorum varietate. Plumierius detexit quatuor, quas et descripsit et iconibus repræsentavit, easque nominavit acera propter fructus similitudinem; reliquæ debentur Aubletio Commersonio, Portesio, aliisque botanicis. Duo autem sunt scriptores præcipui, qui de Banisteria dedita opera disseruere Cl. nempe Linnæus, et D. de Lamarck, qui in genere constituendo de characteribus conveniunt, quibus libenter adsentirem, nisi in plantarum examine plura viderim ab ipsis prætermissa, quæ ad generis essentiam pertinere nemo inficiabitur. Libertate ergo quæ philosophum decet, atque in tantos homines reverentia debita, quæ vidi botanicis communicabo in scientiæ profectum.

Et 1º quidem Banisteriam non decandram sed monadelpham esse constat: etenim filamenta decem et persistentia sunt, et basi coëunt in corpus concavum, calyci impositum, sustinensque germina. Aperte conspiciuntur hæc omnia in fructu (qui tentamini aptior, si ad debitam maturitatem nondum pervenerit): nam tria pericarpia, ex quibus ipse componitur, affixa sunt

Mmm ij

totidem angulis receptaculi trigono-pyramidalis, quo acu avulso, statim apparet segmentum sphæræ, fundo calycis inhærens, terminatum filamentis decem basi crassis, apice subulatis.

2.º Germina sunt tria, basi coalita, terminata stylis totidem, qui versus apicem in folioli similitudinem ampliantur. Perfecte hoc sistit *banisteria ciliata*, quam se vidisse testatur (*a*) D. de Lamarck; sed nihil de stigmatum figura, nihil de staminum monadelphia dixit, nihil de fructu in herbario Iussieuano persistente, quod ipse consuluit. Atqui stigmatum figura magni momenti est in Banisteria ut hoc a Malpighia vel flore tantum inspecto distinguatur: horum enim generum flores adeo sunt similes ut ovum ovo; neque ullo pacto, nisi stigmatum figura, silentio hucusque ab auctoribus præssa, divinari queat num flos datus ad Banisteriam, num ad Malpighiam pertineat.

3.º Pericarpia sunt basi tumida, excurrentia in alam simplicem membranaceam, quæ altera parte in longum incrassatur, altera vero in lamellam attenuatur: huius autem situs in diversis speciebus varius; directus scilicet vel inversus; unde ala directa aut inversa exsistit. Alam directam nomino, quum pars ipsius crassior sursum spectat, quum deorsum, inversam.

Si ergo Banisteriæ stamina sunt monadelpha atque stigmata tria in folioli figuram composita; si pericarpia ulterius in alam unicam excurrant: haud recte hoc genus a Linnæo inter decandra collocatur, qui erravit etiam dum *stigmata* dixit *obtusa*. Multo magis à vero recedit D. de Lamarck scribens (*b*) *stylos ut plurimum tres stigmate simplici terminatos*: Banisteriæ enim styli sunt semper tres, quorum stigmata foliiformia. Neque sibi constans videtur dum *Madablotam* Sonneratii inter *banisterias* enumerat n.º 5.º dixerat enim in charactere generico (*c*) *pericarpia singula ala unica membranacea terminari*, qui postea in *Madablotæ* descriptione scripsit: *huius fructus est capsula unica lignosa, alis quatuor ornata in crucem positis* (*d*).

Verumtamen quum nullibi *Banisterias* vivas viderim, sed semper siccas, earumque aliquas orbatas floribus, quasdam denique cum aliqua dumtaxat fructus parte, pericarpio scilicet uno aut altero, quæret aliquis 1.º ¿qua ratione pericarpia numero definita constet? 2.º ¿quomodo alarum situs cognoscatur in pericarpio præsertim a receptaculis avulso, ut passim evenit in herbariis? 3.º ¿ubi stamina numerari possint in exemplaribus fructiferis? Priusquam quæstionibus satisfaciam, sciri oportet, in hoc genere et stylos et filamenta persistere et fructus receptaculum; quod docet experientia. Iam inspecto flore, si tria numerentur germina, stylis totidem terminata; quum pericarpia germinum numero respondeant, tria futura esse cognoscetur: Si

---

(*a*) Diction. Encycl. tomo 1. p. 369.

(*b*) Dict. Encycl. p. 367.... un ovaire superieur, divisé en trois parties, et muni communement de trois styles, terminés chacun par un stigmate simple.

(*c*) Dict. Encycl. p. 367: le fruit est composé de trois capsules.... terminées chacune par une aîle ou languette membraneuse très-remarquable.

(*d*) Ibid. n.º 5.º leur fruit consiste en une capsule ligneuse, de la grosseur d'un pois, munie sur les côtés de trois aîles ou languettes minces, dont une plus grande est droite, et les deux autres ouvertes latéralement, forment une croix avec la plus grande; et en outre d'une petite appendice située sur son sommet, qui semble une quatrième aîle.

vero non flores, sed receptacula observentur, pericarpiis ablatis; numerentur excavatæ cicatrices in receptaculo trigono; tribusque repertis, tria exstitisse pericarpia certo pronunciabitur: unde constat ista esse numero definita, nisi morbus adsit. Quod vero ad alarum situm pertinet, inspecto vel unico pericarpio, nihil scitu facilius. In BANISTERIA, ut dixi, styli conservantur, etiam fructu maturo, quamquam stigmata evanescant: quare cum styli semper sursum spectent, observato pericarpii stylo, alarum situs facile cognoscetur. Stamina denique numerari poterunt in exemplaribus fructiferis, utpote persistentia.

Expositis iis quæ ad BANISTERIAM pertinent, pauca nunc dicam de generibus, quæ cum illa affinitatem habent. Hæc sunt TRIOPTERIS, TETRAPTERIS, MOLINA, et FLABELLARIA. Et primo quidem de TRIOPTERIDE nonnulla exstant auctorum placita, quæ tractatum reddunt difficilem. Linnæus omnium primus characteres dedit, quos eruit ex plantis siccis, atque inter alia scripsit apetalos esse flores. Hanc sententiam parvifecit nuperrime D. Ant. Laur. de Iussieu in suis generibus dicens, *mancam fuisse Linnæi observationem, quum certe pentapetali habeantur in* ACERE *Plumierii* TRIOPTERIDIS *synonimo, tum et in* HIRÆA *Cl. Iacquini aliunde simillima.* Potuisset etiam addere Linnæi TRIOPTERIDEM Malpighiis atque Banisteriis affinem, difficile posse petalis orbari, quibus reliquæ fruuntur; sæpeque in siccis exemplaribus fructuum initium, præsertim in pericarpiis alatis, pro corolla usurpari posse, nisi attente planta examinetur, atque affines omnes apprime cognoscantur. Sumpsit Linnæus in *hibisco populneo* corollam pro calyce interiore, quia exterior ceciderat; potuit etiam et hic alarum initium pro corolla sumere, quia petala forte cecidissent.

Cl. Iacquinus litteris Viennæ datis die 28 Novembris anni superioris mihi communicavit, TRIOPTERIDIS Linnæi characteres et ab ipso sæpius observatos in insula Martinica, et certos esse, meamque plantam ab HIRÆA sua diversam. ¿Quid nunc in tantorum hominum diversis opinionibus? Nullam haberemus litem, si Iacquinus dixisset 1.° TRIOPTERIDEM se vidisse floridam, atque petalis orbatam: 2.° nullam in ipsius atque HIRÆÆ calycibus glandulam reperiisse: 3.° denique filamenta basi esse libera aut monadelpha. Interea tamen ne frustra genera multiplicem, meam plantam ab HIRÆA Iacquini certe diversam TRIOPTERIDEM dicam ob alarum pericarpii numerum, eodemque nomine generico et meam et Linnæanam coniungam propter omnimodam fructus similitudinem: HIRÆAM quoque Iacquini ut congenerem adiungam, quousque oculatus botanicus in America plantas iterum observet, comparet, atque tandem pronunciet num tria genera, num unicum efformare debeant. Itaque TRIOPTERIDEM dico plantarum genus, cui omnia cum BANISTERIA sunt communia pericarpio excepto, quod est trialatum, ala gemina superiore patula, unica inferiore dependente. TETRAPTERIDEM vero illud, quod a BANISTERIA fructu differt. Est enim eius fructus ex tribus capsulis compositus monospermis, bivalvibus, quarum unaquæque ornatur quatuor alis in crucem positis. De horum generum stigmatibus nihil pronuncio, nam exsiccata in omnibus plantis vidi, atque omnino inutilia ut figuram ipsorum observarem.

Molinæ genus novum subministrat arbor, quæ in Malabaria crescit. Vivam vidit Sonneratius, exsiccatam rursus examinavit D. de Lamarck; utrique tamen reluctante natura dixerunt *Banisteriam*: recedit enim ab hoc genere 1.° stylo unico; 2.° filamentis novem æqualibus, et decimo duplo longiore; 3.° calyce orbato glandulis; 4.° denique pericarpio tetraptero.

Flabellariam tandem dixi arborem, pericarpia producentem flabelliformia: folia ipsi sunt pinnata cum impari, calyxque nudus, atque pericarpium monospermum, quod ambit ala membranacea, pellucida, orbicularis, supra profunde emarginata. Pterocarpii fructum æmulatur aliquo modo Flabellariæ pericarpium. Verumtamen genus est ulterius in vivis observandum, ut petalorum præsentia et forma statuatur.

Verbum addam de *Scrotulo* novo nomine, quo pericarpia Banisteriæ, Triopteridis, Molinæ, atque Flabellariæ deinceps designabo. Pericarpium est vocabulum commune, quod convenit capsulæ, baccæ, pommo, drupæ, aliisque fructuum differentiis in philosophia botanica Linnæi recensitis. Nullum huiusmodi nomen est quo superiorum generum pericarpium clare exprimatur: hoc enim caret valvulis, nec dehiscit: semen continet atque tegit undique substantia lignosa, quæ mollior apparet et veluti fungosa qua receptaculo hæret. Unde videre est istud pericarpium improprie ab auctoribus dictum fuisse *capsulam*, quæ iuxta Linnæum est pericarpium cavum, determinate dehiscens. A scroti ergo forma quam aliquo modo refert *scrotulum* dixi ut ambiguitates in vocibus vitarem. Eodem modo arbitror vocabulum inquirendum esse, quod fructum Passifloræ clare designet a *bacca* diversum. De hoc genere in decima dissertatione agam, qua operi de monadelphia finem imponam.

Matriti die 19 ianuari anni 1790.

BANISTERIA.

Character genericus.

Calyx persistens, monophyllus, quinquepartitus, laciniis quatuor, raro quinque externe inferneque biglandulosis.

Corollæ petala quinque, orbiculata, fimbriata; unguibus longis linearibus (*a*).

Stamina: filamenta decem, subulata, brevia, aliquando inæqualia, basi connexa in corpus concavum, germina sustinens: antheræ ovatæ.

Germina tria, supera, basi connexa: styli tres: stigmata in foliolum ampliata.

Fructus: scrotula (*b*) tria, sublignosa, basi tumida, in alam simplicem excurrentia, non dehiscentia, monosperma, receptaculo trigono-pyramidali insidentia.

Semen ovato-acutum.

Obs. *B. leonæ calyx est decemglandulosus, in reliquis octo glaudulas numeravi.*

Banisteria *a* Malpighia *differt stigmatibus foliiformibus, et fructu alato: a* Triopteride, Tetrapteride *et* Molina *pericarpiis unialatis: a* Flabellaria *denique calyce glanduloso, et ala oblonga.*

Species.

A. *capsulis inversis.*

572. Banisteria cœrulæa. *Lam.* (Tab. CCXLIII.)

B. Ramis tuberculatis: foliis ovato-acutis, coriaceis: racemis florum axillaribus.

Acer scandens foliis citri flore cœruleo spicato. *Plum. ms.* 2. *t.* 109. *spec.* 18.

B. Foliis ovato-oblongis, acuminatis. *Burm. Amer. tab.* 14.

B. Foliis ovatis acutis; racemis axillaribus, brachiatis; capsulis trinis, monopteris, divaricatis. *Lamarck Dict. tom.* 1. *p.* 367. *n.*° 4. *Aubl. Guian. t. II. p.* 466.

Acer benghalense laurinis foliis, fructu tergemino, totidem membranulis extantibus alato. *Pluk. Alm.* 7. *tab.* 3. *f.* 1. *mala.*

An B. benghalensis. *Linn. Sp. pl. n.*° 4?

Caulis sarmentosus, scandens; rami teretes, quorum cortex albicans, tuberculis non nihil exasperatus.

Folia opposita (quod in omnibus speciebus observatur) ovato-acuta, integerrima, coriacea, glauca, petiolis brevibus sustentata.

(*a*) Petala in sicco videntur æqualia: Aubletius inæqualia concedit suæ B. Sinemariensi. An idem in omnibus? dicent qui vivas observent.

(*b*) Scrotulum est pericarpium cavum, non dehiscens.

Flores ramosi, ramis axillaribus: pedunculi breves, stipulati.

Calyx semiquinquepartitus; glandulis octo ornatus.

Corolla subcœrulea ex Plumierii et Lamarckæ sententia.

Staminum filamenta brevia æqualia: styli erecti.

Fructus: scrotula tria sublignosa, nonnihil tomentosa excurrentia in alam sulphureo-glaucam.

Habitat in insulis Iamaicæ et Sancti Dominici. ♄. *V. S. communicatam a D. Dupuy.*

Explicatio tabulæ. *a* Filamentorum basis, in cuius centro exsistit receptaculum. *b* Calyx inferne observatus ut glandulæ appareant. *c* Fructus integer. *d* Scrotulum terminatum ala. *e* Scrotuli sectio. *f* Semen.

Obs. *D. de Lamarck pro differentia specifica huius plantæ dixit*, capsulis trinis, monopteris, divaricatis: *quæ quum omnibus speciebus conveniant, pro charactere specifico designando inutilia reputo.*

Vellem equidem ornatissimum hunc virum mitiori animo in Linnæum fuisse, quem insectatur passim in suo Dictionario Encyclopedico et multoties immerito: hic enim in ipsum invehitur, quia iste Plumierii plantam ad suam reduxit banisteriam benghalensem, quæ iuxta Plukenetium in Iamaica crescit; et Linnæum castigare credens, in errorem ipse fidenter incidit: postquam enim *scripsit*: præpostere Linnæum confudisse plantas, *adiungit*: banisteria benghalensis videtur eadem cum Madablota Soneratii: *quasi diceret*: banisteria benghalensis non est banisteria. *Præ oculis habere debuerat D. de Lamarck Linnæum dixisse, pericarpia banisteriæ in alam excurrere, non in alas, quibus gaudet Madablotæ pericarpium: debuerat etiam observare haud recte inter banisterias ab ipso in citato Dictionario collocatam fuisse hanc arborem, quæ novum genus constituit, ut supra in præfatione dixi.*

573. Banisteria nitida. *Lam.* (Tab. CCXLIV.)

B. Foliis ovato-oblongis, integerrimis, subtus nitidis: panicula terminali foliosa. *Lamarck Dict. n°.* 12.

Banisteria. *Commers. herb.*

Rami glabri, teretes, at decursu petiolorum nonnihil alternando ancipites.

Folia ovato-oblonga, acuminata, integra supra nitida, desuper argentea, sustentata petiolis vix pollicaribus, e quorum basi excurrit membranula sensim grasilior, quæ evanescit ad foliorum par ipsi subiacens.

Flores paniculati, panicula foliosa: ramuli floresque decussatim oppositi: quorum pedunculi uniflori, geniculato-bracteati.

In calyce glandulæ octo, aliquando septem.

Scrotula subtomentosa: alæ flavescentes nitidæ.

Habitat in Brasilia ubi eam reperit Commersonius. ♄. *V. exemplaria fructifera, nulla florida: Communicavit D. Thouin.*

Explicatio tabulæ. *a* Calyx deorsum spectatus. *c* Fructus integer. *d* Scrotulum alatum cum stylo persistente. *e* Semen.

574. Banisteria chrysophylla. *Lam.* (Tab. CCXLV.)

B. Ramis tuberculatis, foliis ovato-acutis, desuper tomentoso-aureis; alis longissimis.

B. Foliis ovato-oblongis, acutiusculis, versus apicem obsolete sinuatis, subtus tomentoso-nitidis, aureis. *Lamarck Dict. n°* 11.

Banisteria. *Commers. herb.*

Caulis arboreus, ramosus, cortice glauco tectus, tuberculis albis acfissuris variegato.

Folia ovato-oblonga, versus apicem obsolete sinuata, uninervia, coriacea, supra nitida, desuper tomento brevi aureo obducta. Petioli breves ad quorum basis utrinque glandula fusca, parva.

Flores ut in præcedenti: at pedunculi crassiores, atque ornati duobus stipularum paribus.

Calyx octoglandulosus. Corolla deerat in exemplaribus.

Fructus: scrotula tria, cicere paulo maiora, glabra in alas totidem excurrentia magnas, aureas.

Habitat prope Rio-Ianeiro in Brasilia, ubi eam reperit Commersonius. ♄. *V. S. communicatam a D. Thouin.*

Explic. tab. *a* Fructus. *b* Scrotulum alatum cum stylo persistente.

575. Banisteria purpurea. *Lin.* (Tab. CCXLVI. fig. 1.)

B. Foliis ovatis, spicis lateralibus, seminibus erectis. *Lin. Sp. pl. n°* 2. *Lam. Dict. n°* 2. *Miller Dict. n°* 7.

Acer scandens, pseudo-acaciæ folio, flore purpurascente. *Plum. Spec.* 18. *ms. t.* 2.

Banisteria foliis pinnatis, foliolis ovatis, quatuor iugis. *Burm. Am. t.* 15.

Caulis sarmentosus, circa sepes longe lateque se extendens, cuius rami oppositi, volubiles.

Folia ovata, quandoque rotunda, pollicem longa, breviter petiolata, ramumque veluti pinnatum efformantia.

Flores axillares, subspicati: pedunculi partiales oppositi, articulato-stipulati, stipulis brevissimis pariter oppositis.

Calyx octoglandulosus.

Petala purpurascentia, brevia, orbiculata, fimbriata.

Reliqua ut in præcedentibus.

Habitat in insula Sancti Dominici. ♄. *V. S. communicatam a D. de Iussieu.*

Explic. fig. *a* Capitulum cum pedunculo stipulato. *b* Calyx desuper spectatus ut glandulæ appareant. *c* Flos integer. *d* Petalum. *e* Filamenta expansa et aucta. *f* Germina cum stylis.

Obs. *Sæpissime in hac specie tertium germen avortat, atque in fructu duo dumtaxat apparent scrotula totidem alis ornata; hoc Plumierium induxit ut fructum diceret bicapsularem, et bialatum, quod renovat D. de Lamarck in Dict. Encyclopedico.*

B. *Capsulis directis.*

576. Banisteria muricata. (Tab. CCXLVI. fig. 2.)

B. Foliis ovato-acutis, subtus tomentosis: florum racemis axillaribus: scrotulis muricatis.

Rami teretes oppositi.

Folia ovato-acuta, tomento albicante subtus tecta, uninervia, integerrima, breviter petiolata.

Flores racemosi, racemis axillaribus oppositis, in hisque flores pariter oppositi.

Calycis glandulæ octo. Corolla deerat.

Fructus: scrotula tria, mucronibus quinque armata brevibus, quorum inferior longior; excurrentia in alam rufescentem.

Habitat in Peru, ubi eam reperit Iosephus de Iussieu. ♄. *V. S. communicatam ab huius nepote.*

Obs. *Tertium germen aliquando abortum patitur.*

577. Banisteria leona. (Tab.* CCXLVII.)

B. Ramis tuberculatis: foliis ovatis apice acuminatis, coriaceis; floribus paniculatis.

Rami teretes glabri, tuberculis minimis exasperati.

Folia magna ovata cum acumine integerrima, coriacea, glaberrima, uninervia venulis reticulata.

Flores paniculati, panicula terminali foliosa ex ramulis axillaribus composita: flos quilibet pedunculatus, ad stipulam concavam acuminatam veluti axillaris.

In calyce decem glandulæ. Corollæ petala parva.

Styli in fructu augentur et recurvati dependent. Stigmata sensim ampliantur.

Fructus: scrotula tria lignosa in alam sesquipollicarem excurrentia. Semina ovato-oblonga acuminata.

Habitat in Africæ Sierra Leona, fortasse ex America adsportata. ♄. *V. S. exemplar africanum apud D. Thouin, ipsi datum a D. Smeathman. In herbario D. de Iussieu exemplaria exsistunt americana.*

Explic. tab. *a* Calyx deorsum spectatus. *b* Stamina. *c* Petalum. *d* Germina cum stylis. *e* Eadem aucta. *f* Receptaculum. *h* Scrotulum alatum. *i* Stylus. *k* Semen.

Obs. *Variat foliis magis elongatis.*

578. Banisteria ferruginea. (Tab. CCXLVIII.)

B. Foliis ovato-acuminatis, subtus ferrugineis: floribus paniculatis; horum ramulis stipulatis: stipulis imbricatis.

Ex fragmentis examinatis hæc species non videtur scandens: rami sunt oppositi qui terminantur florum panicula, stipulis brevibus numerosis imbricata.

Folia ovato-acuminata rigida, utrinque subpilosa præsertim tenera, subtus ferruginea, uninervia, nervo protuberante: petioli breves.

Flores paniculati: pedunculis unifloris, numerosis, basi stipulatis.

In calyce glandulæ octo.

Corollæ petala sulphureo-rubentia, parva, concava, nonnihil fimbriata.

Staminum filamenta æqualia, calyce paulo longiora: antheræ luteæ, ovatæ.

Germina villosa.

Fructus: scrotula tria villoso-tomentosa, coriacea, excurrentia in alam pollicarem subtomentosam, ornata ulterius singula appendiculis duobus lateralibus membranaceis. Semen ovato-acuminatum basi obtusum.

Habitat in Rio-Ianeiro prope Sanctum Sebastianum in Brasilia: reperta fuit a Commersonio. V. S. communicatam a D. Thouin.

Explic. tab. *a* Capitulum. *b* Calyx deorsum spectatus. *c* Flos integer. *d* Petalum. *e* Filamenta cum antheris. *g* Fructus. *h* Scrotulum alatum cum membranulis et stylo. *i* Semen.

579. Banisteria emarginata. (Tab. CCXLIX.)

B. Foliis ovatis, subcordatis, apice emarginato-cuspidatis, desuper tomentosis: floribus racemoso-corymbosis.

Rami graciles, cortice fusco tecti.

Folia ovata, apice emarginato-cuspidata, basi cordata præsertim vetustiora, supra nida plumbeique coloris (in sicco), subtus tomentoso-ferruginea, uninervia. Petiolus brevis, prope folium biglandulosus.

Flores racemoso-corymbosi, ramos terminantes.

In calyce glandulæ octo.

Corolla lutea, petalis orbiculatis fimbriatis.

Stamina rubentia.

Germina tomentosa.

Scrotula parva in alam excurrentia, prope basim inferne unidentatam absque appendiculis.

Habitat in America. ♄. V. S. apud D. Thouin.

Explic. tab. *a* Flos integer. *b* Germina cum stylis. *c* Eadem aucta. *d* Scrotulum.

580. Banisteria Quapara. *Aublet.* (Tab. CCL.)

B. Foliis ovatis, subtus tomentosis: floribus corymbosis: seminibus erectis. *Aublet. Guian. tom. II. p.* 465. *tab.* 186. *Lamarck Dict. n°* 10.

Frutex sexpedalis, ramos plures emittens sarmentosos volubiles supra arbores sparsos.

Folia ovato-acuta integerrima, supra adspersa pilis minimis, inferne tomentosa, rufa. Stipulæ binæ exiguæ deciduæ ad basim petioli brevis.

Flores corymbosi, corymbis globosis axillaribus: pedunculus communis elongatus: partiales prope basim bisquamati.

Corolla lutea petalis inæqualibus, cuius calyx octoglandulosus.

Fructus: scrotula tria reticulata in alam excurrentia longam obtusam erectam. Semina lentiformia.

Habitat ad margines pratorum Guianæ, floretque mense augusto ♄. Fructum vidi siccum apud D. de Iussieu: reliqua ex Aubletii opere mutuavi, quemadmodum et sequentem speciem.

Explic. fig. *a* Fructus integer. *A* Scrotulum. *b* Semen. *c* Germina, styli.

581. Banisteria Sinemariensis. *Aubl.* (Tab. CCLI.)

B. Foliis ovatis acuminatis, floribus luteis corymbosis, *alis sensim latioribus* (addo Cav.) *Aublet. Guian. tom. II. p.* 462. *tab.* 185. *Lamarck Dict. n°* 9.

Frutex trunco quinque pedes alto, ramos plurimos emittente scandentes et volubiles.

Folia ovato-acuminata inferne pallide virentia, superne saturatiora, tecta se-

tis minimis. Stipulæ binæ oppositæ ad basim petiolorum.

Flores corymbosi aut racemosi.

Corolla lutea, cuius quintum petalum cæteris maius est atque fimbriatum, calyx vero octoglandulosus.

Fructus : scrotula tria in alam latam membranaceam excurrentia.

Habitat cum præcedenti, flores fructusque præbet augusto. ♄. *Nullibi hanc plantam vidi.*

Explic. fig. *a* Calyx cum glandulis. *b* Genitalia. *c* Fructus.

582. Banisteria angulosa. *Lin.* (Tab. CCLII.)

B. Foliis sinuato-angulosis. *Lin. Sp. pl. n*º 1. *Lamark Dict. n*º 1. *Aublet. Guian. tom. II. p.* 466.

Acer scandens folio anguloso. *Plum. spec.* 18.

Clematis anguloso folio, aceris fructu. *Plum. Amer.* 77. *tab.* 92.

Caulis volubilis, ramosus, ramis oppositis, basi incrassatis.

Folia cordata, angulata, latitudine longitudinem æquante, apice mucrone brevi terminata, supra viridia, desuper albicantia; petiolis subæqualia, in quibus et prope folium glandulæ duæ oppositæ. Stipulæ nullæ.

Flores umbellati, umbellis axillaribus oppositis: pedunculus communis elongatus; radii 5-7. pollicares articulato-stipulati; stipulis duabus brevibus, oppositis. Ad radiorum insertionem folia duo parva suborbiculata.

Calyx octoglandulosus.

Corolla sulphurea, petalis orbiculatis, fimbriatis.

Stamina, antheræ, germina et styli ut in congeneribus.

Fructus: scrotula tria in alam excurrentia, ornata appendiculis duobus membranaceis.

Habitat in insula Sancti Dominici: omnium primus eam observavit et delineavit Plumierius. V. S. communicatam a D. Dupuy.

Explic. tab. *a* Fructus integer. *b* Scrotulum alatum.

583. Banisteria fulgens. *Lam.* (Tab. CCLIII.)

B. Caule volubili; foliis orbiculatis, subtus tomentosis sericeis: petiolis biglandulosis.

B. Foliis orbiculatis, petiolis biglandulosis, seminibus unialatis rugosis; racemis subumbellatis alaribus. *Brown Iam.* 231.

Acer scandens minus, apocini facie, folio subrotundo. *Sloan. Iam.* 138. *hist.* 2. *p.* 27. *t.* 162. *fig.* 2.

Banistére à fruits eclatans. *Lam. Dict. n*º 7.

Caulis volubilis longus, ramosus, articulatus.

Folia magna, orbiculata, basi cordata præsertim inferiora, apice breviter acuminata, supra glabra, subtus tomentoso-sericea, petiolis biglandulosis multo longiora: superiora orbiculata nec cordata, fere subsessilia.

Flores umbellati, umbellis oppositis axillaribus: radii plures breves, articulati, et ad articulos bistipulati: ad horum basim folia duo brevia.

In calyce glandulæ octo.

Corolla deerat in exemplaribus.

Staminum filamenta decem brevia, inæqualia, basi coalita: antheræ ovatæ.

Germina tria coalita: styli tres: stigmata foliosa brevia.

Fructus: scrotula tria, ala simplici terminata, nec magis nitens aut aurea quam in cæteris speciebus: circa ipsam appendicula brevia.

Habitat in Guadalupe, Iamaica et Sancto Domingo. ♄. *V. S. communicatam a D. de Iussieu.*

Explic. fig. *a* Capitulum. *b* Germina cum stylis et stigmatibus. *c* Eadem aucta. *d* Fructus integer.

Obs. *Hæc est eadem planta, quam D. de Lamark* BANISTERIAM FULGENTEM *dixit in Dictionario Encyclopedico, certo credens, ipsam esse illam stirpem, quam Linnæus* B. FULGENTEM *nominavit in plantarum speciebus. Ubi primum Linnæi synonimias examinavi, duas eodem nomine diversas stirpes ipsum coniunxisse suspicatus sum, unam scilicet, quam supra descripsi, quamque* B. ORBICULATAM *nominare decreveram, alteram vero quam* FULGENTEM *dicerem: illam apprime cognoscebam, hanc ne vel delineatam videram. Itaque veritatis inquirendæ gratia mense iulio superioris anni Cl. Iacobum Eduardum Smith consului, qui Linnæi herbarium hodie possidet, ipsum orans ut meæ plantæ folium, quod per epistolam ipsi misseram, cum Linnæi planta compararet, atque de ipsarum convenientia, vel discrepantia me certiorem redderet. Aberat tunc temporis ab urbe Londiniensi et ab herbario, magno leucarum numero; quare non nisi mense novembri hic in Hispania ab ipso litteras accepi, in quibus affirmat hanc plantam diversam esse a Linnæi B. fulgente. Hoc ego botanicis notum esse volui. Quod si et ipsi mirentur, me hanc plantam Lamarckam sequtum dixisse* B. fulgentem, *sciant pariter, me Parisiis iam a mense octobri et tabulas incissas habuisse cum plantarum nominibus, et prælo datas; quare ne eas denuo recuderem, sic dedi.*

584. BANISTERIA CILIATA. *Lam.* (Tab. CCLIV.)

B. Foliis cordato-subrotundis, auriculatis, glabris, margine ciliatis. *Lamarck Dict. n°.* 13.

Caulis glaber, gracilis, volubilis, rubescens, punctulis albis exasperatus.

Folia orbiculato-acuta, cordata, loborum basis altero alterum tegente, denticulato-crenata, denticulis pilosis, adeo ut ciliata appareant: pili sunt longiores, et veluti recurvi in foliis iunioribus: utraque pagina sunt glabra; petiolis prope folium biglandulosis subæqualia. Stipulæ nullæ.

Flores umbellati, umbellis axillaribus oppositis, solitariis: pedunculi communes foliis longiores: radii 5-7. semipollicares, ad quorum basim duo foliola: pedunculi partiales uniflori, articulati, ad articulos bistipulati.

Calyx semiquinquefidus, octo glandulis ornatus.

Corolla sesquipollicaris patens: petala quinque orbiculata, crenulata, aurantia; quorum ungues petioliformes, quibus inseruntur basi staminum.

Stamina: urceolus cymbæfirmis, germina cingens, atque partitus in decem filamenta inæqualia: horum duo fere diametraliter opposita sunt triplo crassiora et longiora; tertium his oppositum paulo brevius; reliqua capillaria, quorum tria inter filamenta longiora, duo vero utrinque ad latera tertii. Antheræ ovatæ didymæ, maiores in filamentis longioribus.

Germina tria, villosa, basi coadunata: styli tres, longiusculi, capillares; stigmata foliosa, ovata, nervosa.

Fructus: scrotula tria, in alam ovatam excurrentia.

Habitat in Brasilia: ♄. *ubi eam reperit D. Dombey. V. S. communicatam a D. de Iussieu.*

Explic. fig. *a* Capitulum. *b* Calyx deorsum spectatus. *c* Duæ glandulæ, laciniæ calycis hærentes. *d* Petalum. *e* Germina. *f* Germen auctum. *g* Genitalia aucta. *h* Urceolus staminum expansus. *ii* Stamina cum antheris antice et postice observata et aucta. *k* Fructus integer. *o* Scrotulum.

585. Banisteria auriculata. (Tab. CCLV.)

B. Caule volubili: foliis subsagittatis, glabris, lobis rotundatis: floribus umbellatis.

Caulis gracilis, volubilis.

Folia subsagittata, profunde cordata, lobis rotundatis, glabra integerrima: petioli folio breviores, et prope folium biglandulosi.

Flores ut in præcedenti.

Calyx octoglandulosus.

Fructus: scrotula tria in alam excurrentia. Semina ovato-acuta, et qua receptaculum spectat, complanata.

Habitat in Rio-Ianeiro. ♄. *Reperit Commersonius. V. S. communicatam a D. Thouin sine floribus.*

Explic. fig. *a* Semen. *b* Scrotulum.

586. Banisteria convolvulifolia. (Tab. CCLVI.)

B. Foliis ovatis, acumine productis, glabris: floribus umbellatis.

Acer scandens convolvulifolio, flore ex aureo coccineo. *Plumier. ms. tab.* 110. *fructifera*, 111. *florifera. Surian. herb.* 448. 828.

Banisteria foliis ovatis, ramis brachiatis. *Burm. Amer. tab.* 13.

Banisteria foliis ovatis, racemis dichotomis. *Lin. Sp. pl. n°* 5.

¿B. foliis ovatis, ramis dichotomis, seminibus extrorsum tenuioribus, introrsum lacinulam emittentibus? *Hort. Cliff.* 169.

Banistére fourchue. *Lamarck Dict. n°* 6.

Caulis sarmentosus, tenuis, lentissimus, prælongus alte supra vicinas arbores scandens.

Folia ovato-acuminata, acumine acutissime producto, convolvuli simillia, sed multo maiora, integerrima, glabra, læte virentia; petiolis costisque rubentibus: illi sunt folio breviores, et in summitate biglandulosi.

Flores umbellati, umbellis axillaribus oppositis: pedunculi communes elongati solitarii, in appicibus quandoque terni: radii fere quinque pollicares, articulati, et ad articulos bisquamati: ad quorum basim foliola duo ovata.

Calyx octoglandulosus.

Corolla aureo-coccinea, patens; petalis orbiculatis, fimbriatis.

Fructus: scrotula tria, quorum sæpe duo aut unum dumtaxat remanet.

Habitat in Martinica, ubi eam observavit, descripsit et delineavit P. Plumierius. V. S. apud D. de Iussieu.

Obs. *Fructus nunquam est pedicellatus, quamquam contrarium scribat D. de Lamarck; obstat enim floris natura, in quo germen est sessile.*

C. *incertæ.*

587. Banisteria ovata. (Tab. CCLVII. fig. 1.)
B. Caule volubili; foliis ovatis, acutis, integerrimis: floribus umbellatis: involucris stipulaceis.
Surian. *herb.* 288.
Caulis volubilis, subvillosus.
Folia ovata, acuta, supra glabra, viridia, desuper glauca subvillosa, integerrima, sustentata petiolis brevibus, prope folium biglandulosis.
Flores umbellati, umbellis axillaribus: pedunculus communis pollicaris: radii tres utique pollicares, ad quorum basim stipulæ breves ad instar involucri, et paulo inferius foliola duo opposita.
Calyx octoglandulosus.
Corolla sulphureo-rubens: petala parva.
Stamina decem subæqualia, brevia; antheræ luteæ, sulcatæ.
Germina tria coalita: styli capillares: stigmata foliacea quadrilateralia.
Fructum non vidi; quare alarum situs incertus.
Habitat in insula Sancti Dominici: ubi eam reperit Desportes, et Surian. ♄. V. S. apud D. de Iussieu.
Explic. fig. *a* Germina. *b* Eadem aucta.

588. Banisteria microphylla. *Iacquin.*
B. Foliis oblongis, obtusis, rigidis: racemis terminalibus. *Iacq. Observ. bot. part. 3. p. 7. fig. 56.*
Ramus lignosus, fuscus, brachiatus, glaber.
Folia oblonga, obtusissima, integerrima, nitida, crassa, rigida, læte virentia, subtus pallida, venis adscendentibus utrinque notata; petioli breves: simillia sunt huiusmodi folia, uvæ ursi foliis.
Flores racemosi, racemis solitariis, binis, aut ternis, terminalibus.
Calyx glandulosus.
Corollæ petala fimbriata, quorum ungues longissimi.
Stamina decem. Styli tres.
Habitare credit hanc plantam D. Iacquin in Carolina; Catesby specimen siccum intulit in collectionem Gronovianam.
Hæc omnia mutuavi ex Iacquini opere laudato: Planta mihi ignota, quam ille banisteriam reputat.

589. Banisteria? sericea. (Tab. CCLVIII.)
B. Ramis ancipitibus: foliis ovatis, subtus tomentosis: petiolis biglandulosis: floribus racemosis.
Rami lignosi, cuius cortex cinereo-rufus; petiolorum excursu anceps.
Folia lato-ovata, apice obtusa, apiculo excepto, integerrima; supra nitida, subtus tomento aureo fulgida; tenera utrinque tomentosa; omniaque uninervia nervo ramoso: petiolus vix pollicaris biglandulosus, cuius basis per caulem excurrit.

Flores racemosi, racemis brachiatis terminalibus, et axillaribus: pedunculi uniflori, articulati, bistipulati.

Calyx hemisphæricus, laciniis quinque ovatis, tomentosis: glandulæ octo.

Corollæ petala fimbriata, unguiculata.

Stamina decem, basi coalita: antheræ ovatæ, luteæ.

Germen ovatum villosum: styli tres.

Fructus deerat.

Habitat in Brasilia, ubi eam reperit D. Dombey. ♄. *V. S. exemplar unicum apud D. de Iussieu.*

Explic. fig. *a* Capitulum. *b* Calyx deorsum spectatus. *c* Stamina. *d* Germina. *e* Eadem aucta. *f* Petalum.

590. Banisteria palmata. (Tab. CCLVII. fig. 2.)

B. Caule volubili: foliis palmatis, subtus tomentosis: petiolis biglandulosis.

Caulis volubilis.

Folia palmata, digitationibus quinque acutis, media longiore, basi cordata; superne saturate viridia, glabra; inferne valde tomentosa, albicantia: in petiolo prope folium glandulæ duæ.

Fructificatio integra deerat.

Habitat in Sancto Domingo: Desportes rperit. V. S. apud D. de Iussieu.

591. Banisteria sagittata. (Tab. CCLVIII. fig. 3.)

B. Caule volubili: foliis sagittatis magnis, subtus tomentosis; petiolis biglandulosis.

Folia sagittata, versus apicem utrinque unidentata, supra glabra; desuper tomentosa, petiolisque duplo longiora; in quibus et prope folium glandulæ duæ.

Fructificatio integra deest.

Habitat cum præcedenti; Desportes reperit. V. S. apud D. de Iussieu.

---

* Banisteria laurifolia. Foliis ovato-oblongis rigidis, racemis terminalibus. *Linn. Sp. plant. n°* 3. *Lamarck Dict. n°* 3. *Miller Dict.* Acer scandens foliis laurinis. *Sloan. Iam.* 137. *hist.* 2. *p.* 26.

* Banisteria brachiata. Foliis subovatis, ramis brachiatis; seminibus introrsum angustioribus. *Linn. Sp. plant. n°* 7. *Lam. Dict. n°* 8. Banisteria foliis subovatis, ramis ramosis, seminibus introrsum tenuioribus, nullam lacinulam emittentibus. *Hort. Cliff.* 169. B. foliis ovatis acuminatis, floribus laxe spicatis; ramis diffusis, scandentibus. *Miller Dict.*

* Banisteria fulgens. Foliis subovatis, subtus tomentosis, racemis brachiatis, pedunculis umbellatis. *Linn. Sp. pl. n°* 6. B. foliis ovatis, ramis ramosis; seminibus extrorsum tenuioribus, introrsum lacinulam emittentibus. *Hort. Cliffort.* 169.

Obs. *Huius folia iuxta D. Smith sunt magis oblonga quam in planta n°* 583. *supra descripta, et quamquam supra obtusa, terminantur apice brevi subulato. An eadem cum B. sericea n°* 589?

TRIOPTERIS.

Character genericus.

Calyx persistens, monophyllus, quinquepartitus, laciniis quatuor externe, inferneque biglandulosis.

Corollæ petala quinque, parva, concava, orbiculata, fimbriata; unguibus longis linearibus.

Stamina: filamenta decem subulata, brevia, basi connexa in corpus concavum, germen sustinens: antheræ ovatæ.

Germen superum, ovatum, trisulcatum (an tria coalita?) minimum: styli tres erecti: stigmata....

Fructus: scrotula tria, monosperma, receptaculo trigono-pyramidali adfixa, dorso carinata, trialata; ala gemina superiore patula; unica inferiore dependente. Semen oblongo-acutum, nonnihil compressum.

Obs. *Triopterides sunt arbuscula; ipsisque sunt folia integra et opposita.*

591. Triopteris ovata. (Tab. CCLIX.)

T. Foliis ovatis, subcordatis, integerrimis, glabris: floribus paniculatis.

Caulis fruticosus, ramosus; ramis oppositis, articulatis, glabris, ut et tota planta.

Folia ovata, subcordata, integerrima, duriuscula, utrinque glabra: petioli folio quadruplo breviores: et prope folium biglandulosi: stipulæ utrinque binæ, denticulos æmulantes.

Calyx minimus, laciniis ovatis, omnibus una excepta biglandulosis.

Corolla flavescens.

Reliqua ut supra in charactere generico.

Habitat in insula Sancti Dominici. ♄. V. S. apud D. de Iussieu.

Explic. tab. *a* Capitulum magnitudine naturali. *b* Idem auctum. *c* Calyx subtus spectatus. *d* Stamina aucta. *e* Flos integer. *f* Petalum. *g* Fructus integer. *h* Scrotulum. *i* Idem alis orbatum. *k* Semen. *l* Stamina et receptaculum in fundo calycis, omnia aucta.

592. Triopteris reclinata.

T. Foliis oblongis, superne latioribus, utrinque obtusis: floribus longe spicatis.

Hiræa reclinata. *Iacq. Amer. pag.* 67. *t.* 260. *f.* 37. *pict. Lin. Spec. pl. tom.* 2. *p.* 373.

Arbor exigua quindecim pedes raro superans altitudine, cuius rami teretes longi, lenti, glabri, reclinatique, quibus vicinis se arboribus sustentat: cortex est cinereus.

Folia oblonga, superne paulo latiora, utrinque obtusa, integerrima, subtus

glabra, facie villis mollibus vix conspicuis obsita; tres inter et sex pollices longa, petiolo ad basim ornato stipulis duabus erectis setosisque.

Flores integros et longissimos ramos obsident: pedunculi communes crassi brevissimi, numerosissimi; partiales quatuor, pollicares, unifloros sustinentes.

Calyx pentaphyllus, foliolis ovatis.

Corollæ petala quinque æqualia, subrotunda, concava, unguibus longis insidentia.

Stamina: filamenta decem subulata, alterna longiora: antheræ subrotundæ erectæ.

Germen subrotundum villosum: styli tres subulati: stigmata bifida, patentia.

Fructus: capsulæ tres, subrotundæ, dorso auctæ duabus alis membranaceis maximis subrotundis, uniloculares, non dehiscentes.

Semina solitaria subrotunda.

Habitat in Carthagenæ sylvis. ♄. *Floret iunio; septembri semina perficit.*

Obs. I. *Hæc omnia desumpsi ex Cl. Iacquini opere laudato. Ex quibus patet diversam omnino plantam esse hanc a præcedenti, quæ genere fortasse differunt. Illam huc e dicto opere in meum transcripsi ut lectores possint iudicium ferre.* Quid nunc dicendum de Linnæo qui Iacquini plantæ fructum sic *descripsit:* Semina tria erecta, dorso carinata: singula aucta externe basi unica, et apice duplici ala patente? *Quid ulterius de eiusdem opinione sentiendum, qui in Systh. veget. p. 356. asseruit,* Hiräæ *fructum esse:* capsulam trialatam trilocularem et dispermam? *Ubi hæc omnia ille reperit?*

Obs. II. *Cl. Ant. Laurentius de Iussieu in plantarum generibus nuperrime editis, nedum coniungit sub eodem genere* Triopteridem *Linnæi. et* Hiræam *Iacquini, verum et duabus plantis eumdem fructum concedit scilicet:* capsulas dorso carinatas, singulasque trialatas, ala gemina superiore, unica inferiore, *pag. 253.*

593. Triopteris Iamaicencis. *Lin.*

Caulis volubilis: Semina tria erecta dorso carinata, singula ala baseos unica, apice gemina patente. *Linn. gen. plant. edit. Francofurt. ad Mœn. 1778. pag. 234. ubi videantur reliqua.*

Obs. *Acer scandens tricoccos, foliis citri, flore luteo minore, Plumierii ic. 9. quod ad suam triopteridem revocat Linnæus, reperietur infra nomine tetrapteridis inæqualis.*

TETRAPTERIS.

CHARACTER GENERICUS.

Calyx persistens, monophyllus, quinquepartitus, laciniis quatuor externe inferneque biglandulosis.

Corollæ petala quinque, orbiculata, concava, fimbriata; unguibus longis linearibus.

Stamina: filamenta decem subulata basi dilatata atque connexa: antheræ ovatæ.

Germina tria coalita, parva, supera: styli subulati: stigmata...

Fructus: capsulæ tres receptaculo trigono-pyramidali implantatæ, monospermæ, bivalves, carinatæ, carina dehiscentes, alis quatuor unaquæque instructis in crucem positis. Semen subtriquetrum.

Obs. I. *T. buxifolia habet glandulas calycis pedicellatas.*

II. *T. T. buxifolia et mucronata ultra quatuor alas, ornantur ulterius appendiculis tribus in unaquaque capsula, quorum duo ad latera, tertium est inter alas inferiores.*

III. *Omnes species sunt Americæ calidioris incolæ; suntque frutices, foliaque ipsis opposita.*

594. Tetrapteris inæqualis. (Tab. CCLX.)

T. Foliis ovato-acutis, subcordatis, glabris: floribus umbellatis: alis inferioribus brevioribus.

Acer scandens, foliis citri, flore luteo minore. *Plum. ms. t. 2. tab.* 107.

Banisteria foliis ovatis, obpositis. *Burm. Amer. t.* 16.

Surian. *herb. n. n.* 175. 222. *hic florid. illic fructif.*

Rami teretes, lignosi, glabri.

Folia ovato-acuta, subcordata, glaberrima, uninervia; nervo ramoso: petioli breves.

Flores umbellati, umbellis axillaribus oppositis: radii sæpe quatuor, semipollicares, uniflori, bistipulati; stipulis acutis, brevibus, oppositis.

Corolla lutea, et germina villosa. Reliqua ut supra in charactere generico.

Alæ inferiores superioribus multo breviores.

Habitat in insula Sancti Dominici. ♄. *V. S. apud D. de Iussieu.*

Explic. fig. *a* Capitulum. *b* Stamina. *c* Eadem aucta. *d* Germina. *e* Eadem aucta. *f* Capsula extus visa. *g* Eadem spectata, qua receptaculo hæret.

595. Tetrapteris acutifolia. (Tab. CCLXI.)

T. Foliis ovato-lanceolatis, acuminatis: floribus paniculatis, terminalibus.

Rami teretes, lignosi, glabri, ut et tota planta.

Folia ovato-lanceolata, acuminata, breviter petiolata.

Flores paniculati, terminales: pedunculis articulatis, bistipulatis.

Calyx hemisphæricus; laciniis ovatis, quarum una nuda, quatuor reliquis biglandulosis.

Corollæ petala æqualia lutea, minima.

Stamina decem brevia subulata, basi dilatata atque coalita in corpus concavum, germen sustinens: antheræ luteæ, ovatæ.

Germina tria coalita, alarum initio nonnihil exasperata: styli tres.

Fructus: capsulæ tres globosæ, extus cinctæ membrana longitudinali, ad cuius latera hinc inde fimbriæ breves membranaceæ: alæ subovatæ æquales. Semen solitarium subtriquetrum.

Habitat in Caiena: ibi eam reperit D. Stoupy a quo exemplar habui. ♄. *V. S.*

Explic. fig. *a* Ramus floridus. *b* Capitulum. *c* Calyx subtus spectatus. *d* Flos integer. *e* Petalum. *f* Germina. *g* Eadem aucta. *h* Germen unicum cum alarum initio. *i* Stamina. *k* Eadem aucta. *l* Capsula antice spectata. *m* Eadem postice. *n* Valvula cum duabus alis. *o* Semen. *p* Receptaculum cum filamentis.

596. Tetrapteris mucronata. (Tab. CCLXII. fig. 2.)

T. Foliis ovatis mucronatis glabris: floribus umbellatis.

Rami teretes, glabri, oppositi.

Folia ovata, apice mucronata, integerrima, coriacea, et glauca (in sicco): petioli breves erecti.

Flores umbellati umbellis axillaribus oppositis, et terminalibus: radii quinque aut plures, semipollicares, articulati, ad articulos bistipulati.

In calyce nullæ glandulæ: (an exsiccatione obliteratæ ?)

Corollam non vidi in exemplaribus utpote fructiferis.

Stamina decem ut in præcedenti: antheræ luteæ.

Germina tria tomentosa, coalita: styli erecti.

Capsularum alæ quatuor ovatæ; superiores inferioribus paulo longiores: capsulæque carinatæ, et auctæ tribus corpusculis acutis; quorum duo lateralia, tertium dependens inter inferiores alas. Semen ovatum.

Habitat cum præcedenti, ab eodem D. Stoupy reperta. ♄. *V. S.*

Explic. fig. 2. *g* Receptaculum corpori stamnifero impositum. *h* Capsula antice observata. *i* Eadem postice inspecta. *k* Valvula. *l* Semen.

597. Tetrapteris buxifolia. (Tab. CCLXII. fig. 1.)

T. Foliis ovatis, subsessilibus, parvis: floribus umbellatis terminalibus.

Caulis teres, cuius cortex fuscus, tuberculis parvis exasperatus.

Folia ovata, glaberrima, subsessilia, buxi simillia.

Flores umbellati, terminales: radii quatuor aut plures pollicares, articulati, bistipulati, uniflori.

Calycis glandulæ octo, pedicellatæ.

Corolla deerat in exemplari.

Reliqua ut in præcedenti: at capsulæ minores.

Habitat in Antillis. ♄. *V. S. unicum exemplar apud D. de Iussieu.*

Explic. fig. *a* Calyx cum glandulis. *b* Glandula pedicellata aucta. *c* Germina. *d* Capsula antice spectata. *e* Eadem postice observata. *f* Semen.

MOLINA. (a)

Character genericus.

Calyx persistens, monophyllus, semiquinquepartitus, laciniis ovatis: glandula unica carnosa oblonga externa inter duas lacinias superiores et pedunculum.
Corollæ petala quinque ovata, fimbriata, concava, basi staminum affixa.
Stamina: annulus linearis germen cingens, novem filamenta sustinens æqualia, corolla breviora, et decimum duplo longius, crassius et incurvum inferne annulo insertum. Antheræ ovato-acutæ, sulcatæ nutantes.
Germen superum, ovatum, apice trifidum, stylus unicus subulatus corolla longior apice recurvum: stigma simplex.
Fructus: scrotula tria, monosperma, interne planiuscula apice acuta in laciniam, alam æmulantem, et versus cuspidem aucta alis tribus membranaceis ovato-oblongis: harum media duplo longior erecta, lateralibus patentibus.
Semina orbiculata, compressa, nigra.
Obs. *Scrotula sæpe duo abortum patiuntur.*

598. Molina racemosa. (Tab. CCLXIII.)
M. Foliis ovato-lanceolatis, acuminatis: floribus racemosis terminalibus.
Banisteria unicapsularis, foliis ovato-lanceolatis, acuminatis, racemis terminalibus, capsulis solitariis polypteris. *Lamarck Dict. tom.* 1. *p.* 366.
Madablota banisteria tetraptera. *Sonnerat. Voyage aux Indes t.* 2. *tab.* 135.
Arbor parva, cuius rami teretes, cortice griseo tecti; punctulis disseminatis.
Folia opposita, ovato-acuminata, integra, coriacea, uninervia, nervo ramoso: petiolus brevis, crassus, subtomentosus, basi crassior.
Flores racemosi, racemis terminalibus, et axillaribus: pedunculi uniflori, articulati; ad articulos bistipulati; stipulis minimis acutis.
Calyx subvillosus.
Corolla albido-rubens.
Germen tomentosum.
Seminis cotyledones inæquales, alter figura seminis, alter super illum plicatus, angustior et brevior.
Habitat in Coromandel. ♄. *Observata a Commersonio et Sonneratio. V. S. in herbario Commersonii apud D. de Iussieu, sed perfectius in herbario D. Sonnerat apud D. de Lamarck.*
Explic. tab. *a* Capitulum. *b* Calyx apertus subtus spectatus. *cc* Petala. *d* Stamina. *e* Germen. *f* Fructus pars, scrotulum maturum. *g* Idem ante perfectam maturitatem. *h* Semen cum cotyledonibus plicatis. *i* Cotyledones extensi.

(a) In honorem D. Ioannis Ignatii Molina Hispani, qui historiam naturalem et civilem regni Chilensis dedit.

FLABELLARIA. (*a*)

Character genericus.

Calyx persistens, monophyllus, quinquepartitus, minimus.
Corolla....
Stamina : filamenta decem capillaria, minima, basi in annulum coalita, calyci inhærentem : antheræ lineares, sulcatæ.
Germina supera tria minima coadunata, quorum duo semper abortum patiuntur : styli longiusculi tres : stigmata globulosa.
Fructus : scrotulum carinatum, cinctum ala magna orbiculari, superne profunde cordata. Semina solitaria, ovata.
Obs. *Huius generis fructificationis partes quamquam minimæ et in siccis exemplaribus facile reperiuntur hoc modo. Pericarpium integrum panno molli tectum emolliatur aqua tepida, ne partes aliquæ ebullitione dissiliant; quo facto separetur caute pericarpium a calyce, in quo stamina remanent coalita, terminata antheris, cingentia germina duo abortiva; tertium enim fœcundatum ablatum supponitur. Ut vero hæc omnia conspiciantur opus est optima lente vitrea, quum partes exiguitate nudum oculum effugiant.*

599. Flabellaria paniculata (Tab. CCLXIV.)
Rami lignosi.
Folia opposita, pinnata cum impari, foliolis quinque alternis: hæc sunt ovata cum acumine, sensim versus apicem maiora, utrinque glabra, subcoriacea, uninervia, reticulata.
Flores paniculati, paniculis magnis axillaribus, quorum ramuli decusatim oppositi, patuli, albido-tomentosi: pedunculi brevissimi tomentosi, basi stipulati.
Calyx nudus, intus glaber, fructifer reflexus.
Corolla deerat in exemplari, utpote fructifero; attamen ex analogia cum præcedentibus generibus, erit fortasse pentapetala.
Antheræ flavæ.
Ala rufescens et pellucida. Reliqua ut in charactere generico.
Habitat in Africæ Sierra-Leona : ♄. unde exemplar adsportavit D. Smeathman. V. S. apud D. Thouin.
Explic. fig. *a* Calyx. *b* Idem aliter spectatus. *c* Germina. *d* Eadem multoties aucta. *e* Stamina aucta. *f* Scrotulum. *g* Idem aliter observatum, calyci impositum, circa quem stamina remanent. *h* Scrotulum cum carina, mutilatum ala. *i* Semen.

(*a*) Ab alæ forma in flabelli minimi figuram composita, Flabellariam dixi.

Finis nonæ Dissertationis.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

BANISTERIA NITIDA Tab. CCXLIV.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



BANISTERIA CHRYSOPHYLLA. Tab. CCXLV.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

1. BANISTERIA PURPUREA. 2. BANISTERIA MURICATA. Tab. CCXLVI.



A. J. Cavanilles del. *Sellier Sculp.*



BANISTERIA LEONA. Tab. CCXLVII.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

BANISTERIA FERRUGINEA. Tab. CCXLVIII.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.





A. J. Cavanilles del.

Sellier sculp.





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

BANISTERIA ANGULOSA



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

BANISTERIA FULGENS. Tab. CCLIII.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



BANISTERIA CILIATA. Tab. CCLIV.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

BANISTERIA AURICULATA. Tab. CCLV.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

BANISTERIA CONVOLVULIFOLIA. Tab. CCLVI.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*

I BANISTERIA OVATA. 2.B. PALMATA. 3.B. SAGITTATA. Tab. CCLVII.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*

BANISTERIA? SERICEA. Tab. CCLVIII.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*

TRIOPTERIS OVATA. Tab. CCLIX.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

TETRAPTERIS ACUTIFOLIA. Tab. CCLXI.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.


BRITISH

1. TETRAPTERIS BUXIFOLIA. 2. TETRAPTERIS MUCRONATA. Tab. CCLXII.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



MOLINA RACEMOSA. Tab. CCLXIII.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*

DECIMA

DISSERTATIO

BOTANICA.

DE PASSIFLORA.

32 TABULIS ORNATA.

AUCTORE ANTONIO IOSEPHO CAVANILLES HISPANO-VALENTINO
Scientiarum Upsalensis Academiæ Socio etc.



SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI
EX TYPOGRAPHIA REGIA.
M. DCC. LXXXX.

Prostat { Matriti apud D. Antonium Baylo.
Parisiis apud D. Firminum Didot.

DECIMA

DISSERTATIO BOTANICA.

DE PASSIFLORA.

PRÆFATIO.

Monadelphiæ opus sex annorum spatio elaboratum dissertatione de Passiflora tandem absolvo: in qua huius generis monographiam novis speciebus auctam quanta maxima potui solertia perficere conatus sum. Plures exstitere botanici, qui huius generis species decursu temporis paulatim observarunt; sed quum non omnes qua par erat diligentia ipsas descripserint, ii præsertim qui ante renovatam botanicam vixere; factum hinc est ut quædam incertæ, quædam confusæ relinquerentur: idcirco superioris sæculi prætermissis scriptoribus, qui aliquas species cognoverunt, recentiores percurram tribus verbis.

Plumierius diligentissimus et qua floruit ætate summus in America observator quatuordecim reperit, descripsit ac delineavit species: Feuilleus duas, Martinus totidem, duas item Dillenius: Nostris vero temporibus Aubletius duas novas reperit et delineavit; Iacquinus septem expressit nitidissimis tabulis, quarum fere omnes iam erant cognitæ; Mutisius duas ab Smithio in lucem editas; et totidem Iosephus de Iussieu; unam denique Portesius, unam item Forsterius et alteram Commersonius. Horum autem nemo species cognitas ordinavit, atque in id unum intenti videbantur, ut earum numerum augerent, posteris laborem relinquentes, eas iterum examinandi, atque in debitum ordinem reducendi. Primum de Passiflora tractatum vidimus in amœnitatibus academicis Linnæi, quem hoc duce pro dignitate sustinuit Ioannes Gustavus Hallman in Upsalensi Academia anno 1745. In eo 22. species cum auctorum synonimiis ut certæ exponuntur, multis aliis ut dubiis ad calcem reiectis: de plantarum historia, viribus, patria traditur accurate: tabula demum adiicitur, quæ foliorum differentias sistit. Linnæus postea, Reichardus quoque et Murrayus in variis Linnæi operum editionibus dedita opera hoc genus illustrarunt; novissime tandem D. de Lamarck in Dictionario encyclopædico.

Fructificationis structura, atque florum huius generis pulchritudo in sui admirationem rapuit intuentium animos, maxime botanicos; neque tamen eadem est omnium sententia in characteribus designandis. Tournefortius omnium

primus duo construxit genera ex speciebus tunc temporis notis, quæ distinxit nominibus GRANADILLA, et MURUCUIA. Quod si pulcherrimas cognovisset stirpes, quas deinceps Iosephus de Iussieu in Peruvia, quasque Mutisius in nova Granata reperit, tertium proculdubio genus addidisset, quemadmodum superiore anno fecit Ant. Laurentius de Iussieu. GRANADILLAM a MURUCUIA seiunxit Tournefortius, et cum eo Iussieus, quia in hac fimbriæ desint florum ornamentum et decus, earumque loco exsistat tubus conicus stipitem genitalium laxe vaginans: Iussieus præterea tertium construxit genus TACSONIÆ nomine, quia flores sint longissime tubulosi, basi cincti calyculo urceolato.

Linnæus vero a fructu atque genitalibus generis essentiam mutuans, omnes species unico PASSIFLORÆ nomine complexus est, quia idem omnibus fructus, eadem omnibus genitalia. Hunc postea sequuti sunt nedum eius discipuli, sed et familiarum naturalium patronus D. de Lamarck, quibus libentissime assentior, quod veram reputem ipsorum sententiam. De familia discrepant botanicorum coriphæi. Adansonius enim et post ipsum Lamarck ad *caparides* referunt PASSIFLORAM; Iussieus ut *cucurbitaceis* affinem, post hanc familiam collocat PASSIFLORÆ dispertita genera. Nihil pronuncio.

Varia est etiam ipsorum opinio in designando, quid corolla, quid calyx in PASSIFLORA dicendum sit. Linnæus, Adansonius, Lamarck veram corollam bifariam secant, ut laciniæ quinque exteriores calycem, reliquæ alternantes internæ corollam ipsis præbeant: at quum ad illas species veniunt, quarum flores quinque dumtaxat laciniis constant, tunc pro lubito aut calyce, aut corolla ipsas orbatas prædicant. Iussieus calycem agnoscit in PASSIFLORIS, corollam nullam: scilicet marcescentes corollas calycem nominavit, et in PASSIFLORA corollæ marcescunt. Mihi vero naturæ accomodatius videtur, corollam nominare quidquid a laudatis auctoribus calyx aut corolla dicitur; calycem vero partem illam, quæ apud ipsos involucrum audit. Vidi enim in specierum examine quasdam pedunculis nudis, eas nimirum in quibus nullum exsistebat involucrum: in aliis bene multis involucrum conspiciebam triphyllum: in quibusdam denique monophyllum tripartitum, idque adeo simile LAVATERÆ exteriori calyci, ut vel isti nomen calycis denegandum sit, aut illi tribuendum. Hac ergo de causa species omnes in tres sectiunculas distribui: harum prima continentur acalyculatæ, illæ scilicet in quibus floris pedunculus est nudus: secunda calyculatæ calyce monophyllo: tertia tandem calyculatæ calyce triphyllo. Aptiorem huiusmodi specierum ordinem reputavi illo a diversa foliorum figura desumpto, quo hucusque scriptores usi fuerunt.

A *Gynandria* Linnæi PASSIFLORAM removeo ut *Monadelphiæ* classi adiungam, non ut huius genera pro lubito multiplicem, ut larvatus quidam auctor magno verborum apparatu scripsit (*a*); sed quia stamina sunt in unum

---

(*a*) In opusculo cui titulus: *Memorial literario* mensibus aprili et maio superioris anni. In hoc vidimus epistolam anonymam adversus mea nova genera: at quanto rationum pondere id fecerit auctor, sentient qui botanicam vel a limine salutaverint, ii præsertim qui meas observationes legerint contra quintum D. Heritierii fasciculum. Hæc prostant apud D. Ant. Baylo.

corpus coalita (*a*), multoque magis quam in *Hermannia* in *Hugonia* et in aliis generibus, quæ recte Linnæus in *monadelphia* collocavit.

De fructu *Passifloræ* nihil dicam, utpote omnibus cognito iam a Tournefortii tempore qui et nitide et vere delineatum dedit in *institutionibus rei herbariæ* tomo secundo tabula 124.

Restat ut admoneam, quatuordecim huius generis species me vidisse vivas, reliquas in amicorum herbariis, quas sistunt 32 tabulæ. Dum vero hoc opus botanicis offero, aliud paro ICONES scilicet PLANTARUM cuius duo priores fasciculos quamprimum publici iuris faciam.

Matriti die 1 februarii anni 1790.

(*a*) Id luce meridiana clarius apparet in fructibus adhuc pendulis; in his enim et prope basim stamina observantur emarcida in unum corpus basi coalita.

PASSIFLORA.

Character genericus.

Calyx monophyllus, plerumque triphyllus, persistens, aliquando nullus.

Corolla monopetala tubulosa: tubus brevis raro elongatus: limbus patens laciniis decem aut quinque lanceolatis, exterioribus dorso mucronatis, marcescentibus. Coronæ plures filiformes, radiantes aut erectæ, coloratæ ex imo corollæ limbo ennatæ; intimà basim stipitis ambiente.

Stamina: filamenta planiuscula, summo inserta stipiti sub germine, basi connata, ultra distincta, horizontalia: antheræ oblongæ versatiles: altera parte acutæ, altera emarginatæ.

Germen superum, stipiti elongato, erecto insidens, ovatum: styli tres clavati: stigmata tria incrassata, capitata.

Fructus: bacca carnosa ovata, vel globosa, cortice interdum solido, lævis aut raro pilosa, unilocularis, polysperma, receptaculis tribus affixa, quæ in longum per parietem excurrunt.

Semina numerosa compressa, sæpe exculpta, sacculo membranaceo-pulposo contenta.

Obs. I. *In* P. Murucuia orbiculata *et* aurantia *coronarum loco tubus exstat conicus, stipitem vaginans.*

II. *Passifloræ species sunt omnes exoticæ, quarum patria est calidior America: sunt ut plurimum frutices sarmentosi, arbores atque vicina corpora scandentes, cirrhisque axillaribus solitariis sese sustinent. Folia sunt ipsis alterna, stipulacea, simplicia, integra, aut lobata, quandoque multifida; petiolo nudo, aut glanduloso: pedunculi solitarii, aut bini, raro plures, uniflori: et infra florem articulati: calyx figura ac magnitudine varius.*

III. *Si iuxta Linnæum bacca est:* pericarpium farctum evalve, semina ceteroquin nuda continens; *et in Passiflora semina sunt sacculo vesicæformi tecta. Huius fructus alio quam* bacca *nomine erit designandum, quod reperient botanici.*

IIII. *Fructus innocuus, edulis, ex dulci ad accidum vergens febricitantes refrigerat et solatur: laborantes æstu reficit, sitim stinguens: appetitum excitat, stomachi ardores reprimit. Herba integra leviter attrita et ex vino, vel aqua exhibita secundinas et cæteras uteri immundities expellit, dicente Pisone; apud quem videri poterunt mirandæ vires plurium specierum Passifloræ.*

Species.

A. *acalyculatæ.*

600. Passiflora suberosa. *Iacq.* (Tab. CCLXV.)
P. Foliis trilobis, nitidis: petiolis biglandulosis: fructu olivæformi.

P. suberosa. *Iacq. hort. II. pag. 77. tab.* 163. *Lin. Sp. pl. n°* 19. (*at synonimiæ fere omnes ad alias species pertinent.*)

P. nigra. *Iacq. obs. II. pag. 27. tab. 46. fig. 3. Lamarck Dict. n° 26.*

Passifloræ affinis, hederæfolio, americana. *Pluk. Alm. 202. t. 210. f. 4.*

Grenadille à feuilles de lierre. *Lamarck Dict. tom. 3. n° 22. α.*

Radix lignosa ramosa.

Caules perennes, ramosissimi, debiles; iuniores teretes, nitidi rubescentes: adulti vero obducuntur cortice suberoso albicante, fissuris variegato.

Folia oblonga, triloba, lobo medio longiori, omnibus acutis: superne nitida et saturate virentia; sustentata petiolis rubescentibus biglandulosis: stipulæ lanceolatæ; cirrhique rubescentes.

Flores axillares, solitarii aut bini; pedunculis petiolo longioribus.

Corollæ tubus brevis, decem gibbis extus notatus: limbus profunde quinquepartitus laciniis acutis intus albis, extus rubescentibus. Coronæ tres; interior brevissima saturate cœrulea: media rubescens, paulo maior, fimbriis conniventibus: exterior corolla brevior patens, radiis subtriginta rubescentibus, quorum apices albicantes.

Stipes viridis, sustinens genitalia: stamina viridia: antheræ luteæ basi emarginatæ: germen ovatum: styli et stigmata luteo-viridia.

Fructus olivæformis; estque bacca glabra violacea, mollis, pulpa dulci et seminibus farcta.

Habitat passim in America. ♄. *V. V. in R. h. Parisiensi floribus et fructibus onustam mense augusto.*

Explic. fig. *a* Flos antice spectatus. *b* Idem pag. inferiori. *c* Genitalia stipite sustentata. *d* Eadem ab isto separata. *e* Fructus. *f* Huius sectio horizontalis. *g* Eiusdem ad lineam sectio.

Obs. I. *Varias Linnæus hoc nomine coniunxit diversas plantas, plures adhuc D. de Lamarck, qui nedum hanc speciem cum sequenti copulavit, reluctante fructus figura, et florum differentia, sed etiam cum Plumerianis illis quarum folia sunt peltata, qualia nunquam vidimus in plantis Parisiis cultis. Suo ipse sensu abundet, ego vero Iacquinum sequens hanc plantam a sequenti separo; quas in huius opusculi decursu a peltatis diversas esse demonstrare conabor.*

Obs. II. *Per errorem certe legitur in Linnæi opere loco citato* EGLANDULOSI *pro* GLANDULOSI. *Demonstrant hoc et tabulæ Plumierii ab ipso Linnæo citatæ et luculentius adhuc amœnitatum Acad. fig.* 14. *in quibus petioli sunt biglandulosi.*

601. Passiflora hirsuta. *Lin.*

P. Foliis trilobis villosis: floribus oppositis. *Lin. Spec. plant. n°* 21. *amœnit. Acad. f.* 16.

Clematis indica, flore minimo pallido. *Plum. Amer. 73. tab. 88. lit. A.*

Flos passionis albus, folio hibisci sericeo, trilobato? *Herm. par. 176. tab. 176.*

Habitat in insula Sancti Dominici, Curassao.

Obs. *An præcedentis varietas foliis valde villosis? Plantam non vidi, eamque adduxi auctoritate Linnæi, qui nunquam debuit ipsam coniungere cum Passiflora Plukenetii Alm. 282. tab. 212. f. 1. propter corollarum differentiam: Linnæi planta iuxta Plumierii tabulam corollam habet in quinque lacinias partitam; Plukenetius vero decempartitam delineavit.*

602. Passiflora minima. *Lin.* (Tab. CCLXVI.)

P. Foliis trilobis apice acuminato-subulatis: petiolis biglandulosis: fructu globoso nigro.

P. Foliis trifidis integerrimis; lobis sublanceolatis intermedio longiore. *Lin. Sp. pl. n°* 18. *Iacq. hort. tom.* 1. *p.* 7. *tab.* 20. *amœnit. Acad. f.* 18. *Lœfl. iter.* 247. *Lamarck Dict. n°* 22. *var.* β.

P. vel flos passionis curassavicus, folio glabro trilobato, et angusto; flore flavescente, omnium minimo. *Pluk. Alm.* 282. *t.* 210. *f.* 3.

Granadilla flore glabro et angusto: flore virescente minimo. *Tournef. inst.* 240.

Caules subsulcati glabri, sarmentosi; adulti cortice suberoso tecti.

Folia præcedenti affinia ordine atque figura; at neque nitida neque ita firmia: petiolorum glandulæ duæ oppositæ, nigricantes, nonnihil pedicellatæ: stipulæ et cirrhi ut in præcedenti.

Flores axillares, gemini; pedunculis annulatis, atque prope florem incrassatis.

Corollæ parvæ, neque omnium minimæ, viridi-lutescentes, profunde quinquepartitæ. Coronæ tres, interior brevissima basim stipitis ambiens: secunda ex radiolis capillaribus albis composita: exterior maior cuius radii virides, crassiusculi.

Genitalia ut in præcedenti, quamquam multo minora.

Fructus: bacca nigra, sphærica, glabra, magnitudine Ribessi nigri fructus. Semina ovato-acuta, subcinerea, striata; saccis fungosis, albis, inclusa.

Habitat cum præcedenti. ♄. *V. V. in R. h. Parisiensi : flores, et fructus gerit mense augusto et septembri.*

Explic. tab. *a a* Flores. *b* Flos postice spectatus ut tubi brevis gibbæ decem appareant. *c* Flos antice visus. *d* Genitalia. *e* Eadem aucta coronis stipata. *f* Stamen auctum. *g* Fructus. *h* Huius sectio. *i* Semen sacculo obductum. *k* Idem nudum. *l* Idem auctum.

603. Passiflora lutea. *Lin.* (Tab. CCLXVII.)

P. Foliis trilobis, cordatis, eglandulosis, subpubescentibus: lobis æqualibus, obtusis, subaristatis. *Lam. Dict. n°* 21.

P. Foliis trilobis, cordatis, æqualibus, obtusis, glabris, integerrimis. *Lin. Spec. pl. n°* 17. *amœn. Acad. fig.* 13. *Iacq. Icon. plant. tom.* 2. *tab.* 22.

Granadilla flore tricuspi: flore parvo flavescente. *Tournef.* 241.

P. Foliis trilobis integerrimis: laciniis semiovatis, acutis, integerrimis, glabris. *Gron. Virg.* 1. *p.* 112.

Clematis passionalis triphyllos; flore luteo. *Moris. hist.* 1. *p.* 7. *sect.* 1. *t.* 2. *fig.* 3.

Clematis passiflora hederacea; flore luteo. *Munting. t.* 161.

Caules teretes, ramosi; ramis pilosis; pilis brevibus albicantibus.

Folia glabra, cordata, lata, triloba, trinervia, nervis in setulam desinentibus: petioli folio breviores, eglandulosi, pilosi: stipulæ lanceolatæ: cirrhi pilosi.

Flores axillares, bini; pedunculis pilosis prope florem articulatis, incrassatis.

Corolla lutescens: tubus brevis: limbus profunde decemfidus; laciniis interioribus paulo brevioribus et angustioribus. Coronæ tres, interior bre-

vissima monophylla stipitis basim ambiens: media brevis fimbriata connivens: exterior ex radiolis corolla brevioribus.

Genitalia ut in præcedentibus.

Habitat in Virginia, et alibi in America. ♄. *V. V. absque fructu in R. h. Parisiens.*

604. PASSIFLORA RUBRA. *Lin.* (Tab. CCLXVIII.)

P. Foliis bilobis, cordatis, acuminatis, tomentosis, mollibus: fructu rubente.

Clematis indica, flore clavato suave rubente, fructu hexagono coccineo, folio bicorni. *Plum. descript. des plantes p.* 68. 69. *tab.* 83. *Iacq. collect. vol.* 1. *p.*136. *Ic.* 174.

P. Foliis bilobis, cordatis, acuminatis, subtus subtomentosis. *Lin. Spec. pl. n°.* 10. *amœnit. Acad. fig.* 9.

Flos passionis folii media lacinia quasi abscissa, flore minore carneo. *Sloan. Iam.* 104. *hist.* 1. *n°.* 229.

P. Foliis tenuioribus, trinerviis, bicornibus, lunatis, sinu anteriore obtuso. *Brown. hist. Iam. p.* 328.

Granadilla flore suave rubente, folio bicorni. *Tournef.* 241.

Grenadille à fruits rouges n°. 13. Grenadille capsulaire n°. 14. *Lamarck Dict.*

Caules sarmentosi octopedales et amplius, ramosi, teneri trigoni, veterascentes sulcati tomentosi ut et tota planta.

Folia cordata, biloba, lobis divaricatis, cum rudimento sæpesæpius lobi medii, trinervia, nervis in setulam desinentibus: petioli crassi, rubescentes, eglandulosi, breves : stipulæ setaceæ marcescentes : cirrhi rubri.

Flores axillares, solitarii; pedunculis erectis plusquam pollicem longis, prope florem incrassatis; fructiferis pendulis.

Corollæ tubus brevis cavus: limbus decemfidus extus viridis, intus sordide albicans, quandoque ochroleucus, laciniis obtusis; internis brevioribus, externis trinerviis, omnibusque mollissimis. Coronæ tres, interior circa stipitem ex lamellis flavescentibus, erectis, brevibus: media brevis capillaris dilute rubens: exterior ex fere 30 radiis rubris, apice clavatis dilutioribus, corolla brevioribus.

Stipes et filamenta viridia: antheræ ovato-compressæ altera parte acutæ, altera obcordatæ.

Germen villosum ovatum.

Fructus: bacca globosa quandoque ovato-oblonga, basi angustata, rubra, punctis exasperata, pillosa: cortex crassus, duriusculus; in cuius intima substantia pori molliores.

Semina cinereo rufa striata, sacco obducta carnoso molli albo.

Habitat in Caribæis insulis et in Continente adiacente. ♄. *V. V. in R. h. Par. Flores et fructus gerebat mensibus augusto, et septembri.*

Explic. tab. *a* Flos integer. *b* Stipes corona interiore cinctus. *c* Coronarum mediæ et exterioris pars cum corollæ lacinia. *d* Fructus. *ee* Huius sectio. *g* Semen sacculo inclusum. *h* Idem nudum. *g* Superior idem auctum.

Obs. I. *Passifloras rubram et capsularem D. de Lamarck in unam coniungo speciem.* 1°. *quia in R. h. Par. in eadem planta vidi caulem subteretem, sæpe sulcatum, ramis triquetris.* 2°. *quia eadem planta iuxta Iacquinum loco citato fructum præ-*

bet figura varium, modo ovum passerinum magnitudine et forma similem, modo duplo longiorem, et utrinque attenuatum; sæpe sine angulis, et aliquando sulcis sex prominentibus. Ad hæc Iacquini planta eadem est cum illa culta in R. h. P. demonstrant hoc rami sicci, quos ab ipso accepi, cuius folia sunt etiam tomentosa, quamquam in eiusdem tabula tomentum desideretur.

Obs. II. *Plumierius dixit pag. 69 laudati operis, quod folia sunt tomentosa, et quandoque glabra.*

605. Passiflora capsularis *Lin.*

P. Foliis bilobis, cordatis, oblongis, petiolatis. *Lin. Sp. pl. n°.* 14. *Mill. Dict. n°.* 10.

Granadilla fructu rubente, folio bicorni. *Plum. sp.* 6. *Burm. Am. tab.* 138. *f.* 2. *Barrel. obs. præf.* 1. *titul. f.* 1.

Habitat in Gallia æquinoxiali.

Planta mihi ignota. Quæ præcedunt ex Linæo mutuavi.

606. Passiflora punctata. *Lin.* (Tab. CCLXIX.)

P. Foliis subtrilobis in latum oblongis, subtus punctatis: lobis obtusis, intermedio breviore.

P. Foliis subtrilobis oblongis, subtus punctatis, intermedio minore. *Lin. Sp. pl. n°.* 16. *amœnit. Acad. fig.* 12. *Lam. Dict. n°.* 20.

Granadilla folio tricuspidi, obtuso et oculato. *Feville. Peruv. tom. II. p.* 718. *tab.* 11.

Radix obliqua lignosa, fibris stipata.

Caules longissimi, scandentes arbores, sulcati, glabri, ramosi.

Folia subtriloba in latum oblonga, lobis obtusis, medio minore; glabra trinervia, punctis lutescentibus ad nervos laterales paralellis notata, subpeltata: petioli eglandulosi folio breviores: stipulæ breves setaceæ.

Flores axillares, solitarii; petiolo pedunculis longioribus prope folium incrassatis.

Corollæ tubus brevis, basi externa concavus: limbus 10-partitus laciniis oblongis obtusis: externis longioribus, omnibusque interne luteo-albicantes. Coronæ tres, interior monophylla, plicata, plicis ad stipitem adpressis: media capillaris cœrulescens brevis: exterior corolla brevior patula, cuius radii 30-40. clavati, lutei, in medio purpurei.

Reliqua ut in P. rubente, at germen glabrum, et fructus ovatus.

Habitat in Peruvia observata, descripta et figurata a P. Ludovico Fevilleo. ♄. *V. floridam in R. h. Par. mense augusto. Vulgo nominatur* Norvo *in Peruvia.*

Explic. figuræ. *a* Flos integer antice spectatus. *b* Idem postice. *c* Coronæ mediæ pars. *d* Coronæ exterioris pars cum lacinia corollæ. *e* Fructus. *f* Eiusdem sectio.

607. Passiflora longifolia. *Lamarck.* (Tab. CCLXX.)

P. Foliis inferioribus trilobis; superioribus integris lanceolatis: longissimis: petiolis biglandulosis: flore minimo.

P. Foliis inferioribus semitrifidis acutis: superioribus integris lanceolatis lon-

gissimis: petiolis biglandulosis. *Lamarck. Dict. n°* 31.
Granadilla foliis imis corniculatis, superioribus lanceolatis longissimis, flore minimo e viridi albido. *Desportes herb. apud D. de Iussieu.*
Caulis teres, glaber, ramosus.
Folia polymorpha et subpeltata: inferiora triloba; media biloba, lobis longis, acutis, altero duplo breviore; superiora tandem longissima lanceolato-acuminata, integerrima, et ita breviter ciliata, ut nudis oculis cilia conspici nequeant: petioli biglandulosi, folio breviores: stipulæ minimæ, subulatæ.
Flores, axillares, minimi; pedunculis solitariis, capillaribus articulatis.
Corolla albido-viridis minima laciniis ovatis. Coronam vidi simplicem luteam.
Reliqua ut in P. minima.
Habitat in insula Sancti Dominici. V. S. apud D. de Iussieu.

608. Passiflora vespertilio. *Lin.* (Tab. CCLXXI.)
P. Foliis bilobis, basi cuneatis, et biglandulosis: lobis acutis. *Lamarck. Dict. n°* 17.
Granadilla bicornis; flore candido: filamentis intortis. *Dill. hor.* 164. *t.* 137.
P. Foliis bilobis, basi rotundatis, glandulosisque; lobis divaricatis, subtus punctatis. *Lin. Sp. pl. n°* 13. *amœn. Acad. f.* 11. *Mill. Dict. n°* 11.
Caulis sarmentosus subteres, striatus, prælongus, ramosus, fusco-rubens.
Folia biloba, basi cuneata, et biglandulosa, lobis acutis, divaricatis, alarum vespertilionis instar, e quorum medio lobus sæpe tertius exsurgit acutus parvus: suntque glabra, et nonnihil splendentia.
Flores axillares solitarii, breviter pedunculati.
Corolla extus viridis, intus ex herbacco-albicans; limbo decemfido, laciniis interioribus paulo brevioribus. Corona triplex: interior lamellacea: media capillaris brevis: exterior prælonga ex filis candidissimis.
Genitalia generis.
Habitat...... Nullibi vidi hanc plantam. Quæ præcedunt ex Dillenio mutuavi.
Explic. tab. *a* Capitulum. *b* Flos. *c* Lamellæ coronæ interioris. *d* Mediæ. *e f* Folia.

609. Passiflora peltata. (Tab. CCLXXIV.)
P. Foliis peltatis profunde trilobis; lobis divaricatis: petiolis biglandulosis.
Clematis indica, folio angusto trifido, fructu olivæformi. *Plum. Amer.* 70. *tab.* 85. *Lamarck n°* 22. *var.* γ.
Granadilla folio angusto tricuspidi, fructu olivæformi. *Tournef.* 240.
Caules teretes glabri, ut et tota planta, ramosi.
Folia peltata triloba, lobis lanceolatis divaricatis, profundis: petiolus folio brevior biglandulosus: stipulæ setaceæ.
Flores axillares solitarii.
Corolla plusquampollicaris, limbo quinquefido: coronæ tres: interior brevissima stipitis basim cingens: media maior connivens filamentosa: exterior patens, corollæ subæqualis.
Genitalia ut in præcedentibus.

Fructus olivæformis, violaceus, avibus, formicisque gratissimus.

Habitat passim in Antillis. ♄. V. S. apud D. de Iussieu in herb. Surianensi n°. 203.

Obs. *Folia peltata, et profunde trifida, tum et corollæ magnitudo abunde distinguunt hanc speciem a P. suberosa.*

610. Passiflora hederacea.

P. Foliis peltatis, basi orbiculatis supra trilobis, crassis coriaceis.

Clematis indica folio hederaceo, maior: fructu olivæformi. *Plum. Amer. p.* 70. *tab.* 84. *Lamarck Dict. n°.* 22. *var. α.*

Granadilla folio amplo tricuspidi: fructu olivæformi. *Tournef.* 240.

Caules et reliqua ut in præcedenti exceptis foliis, quæ sunt peltata, basi orbiculata, supra trifida, lobis brevibus: magnitudine, atque consistentia foliorum hederæ: petioli biglandulosi.

Habitat prope sepes in Antillis. ♄. Vidit atque delineavit Plumerius. Planta mihi ignota.

611. Passiflora multiflora. *Lin.* (Tab. CCLXXII.)

P. Foliis indivisis, oblongis, integerrimis, floribus confertis. *Lin. Sp. pl. n°.* 8. *amœnit. Acad. f.* 7. *Miller. Dict. n°.* 19. *Lamarck. Dict. n°.* 10.

Clematis indica polyanthos, odoratissima. *Plum. Amer. p.* 75. *tab.* 90.

Granadilla fructu minore corymboso. *Tournef.* 241.

P. laurinis foliis, polyanthos americana. *Pluk. Alm.* 282.

Caules sarmentosi, graciles, ramosissimi, glabri, striati.

Folia ovato-oblonga, acuta, supra nitida, desuper villoso-tomentosa, integerrima, sustentata petiolis brevibus biglandulosis; glandulis pedicellatis: stipulæ breves, acuminatæ.

Flores axillares bini quandoque, sæpius plurimi: pedunculis brevibus prope florem articulatis.

Corollæ tubus basi decemsulcatus, brevissimus: limbus quinquefidus, laciniis ovatis: coronæ duæ: interior versus stipitem brevissimum connivens, multifila: exterior corolla brevior ex filis crassiusculis.

Stipes brevis rubescens: fructus globosus, saturate violaceus, ciceris magnitudine.

Reliqua ut in congeneribus.

Habitat in insulis Antillis, observata et delineata a Plumierio. Floret decembri; fructus maturant martio. ♄. V. S. communicatam a D. Dupuy.

612. Passiflora cuprea. *Lin.* (Tab. CCLXXIII.)

P. Foliis ovatis, ciliatis: corolla decemfida: corona simplici, brevi, rigida.

P. Foliis indivissis, ovatis, integerrimis; petiolis æqualibus. *Lin. Sp. pl. n°.* 3. *amœn. Acad. fig.* 3. *Miller. Dict. n°.* 17. *Lam. Dict. n°.* 3.

Granadilla flore cupreo, fructu olivæformi. *Dill. hort. elth.* 164. *tab.* 138.

Granadilla americana, fructu subrotundo, corolla floris erecta, petalis amœne fulvis; foliis integris? *Martin. Cent.* 37. *t.* 37.

Granadilla foliis sarsaparrillæ trinerviis, flore purpureo; fructu olivæformi

cœruleo. *Catesb. Car.* 2. *pag.* 93. *tab.* 93.

Caulis sarmentosus, gracilis, sulcatus, ramosus, tener, subvillosus.

Folia ovata, integerrima, trinervia; supra saturate viridia, inferne pallidiora, rigida venosa, ciliata; cilia tuberculis terminata: petioli folio multo breviores; eglandulosi: stipulæ setaceæ.

Corolla dilute purpurea, decempartita laciniis patentibus, interioribus brevioribus: reliquis quinque extus viridibus. Corona simplex brevis, composita ex corpusculis rigidis, crocceis, basi violaceo-nigricantibus, apice versus stipitem conniventibus.

Stipes pollicaris, viridis: filamenta purpurea: antheræ virides.

Fructus olivæformis, pendulus, obscure purpureus, maculis pallidioribus, glaber.

Habitat in Antillis. Coluit in Europa Dillenius. Vidit in America Iacquinus, qui mihi ramum siccum communicavit. ♄.

613. Passiflora pallida. *Lin.*

P. Foliis indivisis, ovatis, integerrimis: petiolis biglandulosis. *Lin. Sp. pl. n°* 2. *amœnit. Acad. f.* 2. *Lamarck Dict. n°* 2.

Clematis indica; flore minimo pallido. *Plum. Amer.* 73. *tab.* 88. *Petiv. gaz. t.* 113. *f.* 7.

Granadilla androsæmifolio, fructu iuiubino. *Tournef.* 241.

Clematis murucuia pyriformis minor. *Moris. hist.* 3. *p.* 7. *sect.* 1. *tab.* 2. *f.* 4.

Caules sarmentosi, graciles.

Folia membranacea, glabra, ovata, integerrima; sustentata petiolis brevibus, biglandulosis.

Flores axillares bini, aliquando terni, inodori.

Corolla virido-pallens quinquefida. Coronarum numerus mihi ignotus.

Reliqua ut Pass. suberosa.

Fructus globosus ciceris magnitudine.

Habitat in Antillis, observata et delineata a Plumierio. ♄. *Planta mihi ignota.*

Obs. *Vires huius plantæ dicentibus Pisone, et Plumierio sarsaparrillam superant. Urinam et sudorem provocat: vino infussa, prius tantisper tusa secundinas pelit.*

B. *calyculatæ, calyce monophillo, tripartito.*

614. Passiflora serrata. *Lin.* (Tab. CCXCVI.)

P. Foliis palmatis serratis. *Lin. Sp. pl. n°* 25. *amœn. Acad. fig.* 21. *Lamarck Dict. n°* 34.

Clematis indica polyphilla maior: flore clavato: fructu colocinthidis. *Plum. Amer.* 62. *tab.* 79.

Granadilla polyphillos, fructu colocinthidis. *Tournef.* 241.

Caules nodosi, duri, crassi ut in vite vulgari, longissimi, scandentes arbores, atque vicina corpora.

Folia palmata, septemfida, laciniis lanceolatis serratis glabris: petioli quinquepollicares, ornati glandulis quatuor pedicellatis, quarum duæ oppositæ prope folium: cirrhi longi, crassi.

Flores axillares, solitarii, magni, speciosi, suaveolentes: pedunculi crassi, bipollicares.

Calyx ovatus ovi gallinacei magnitudine, inflatus, albicans, semitrifidus.

Corollæ tubus latus brevis; limbus decemfidus: laciniis alternando brevioribus; externis viridibus prope apicem mucronatis. Coronæ duæ ex filis crassis recurvato-erectis, apicibus albis, in reliquo violaceis; at reperiuntur in istis zonæ quinque, aut annuli: stipitis basis cingitur innumeris pilis rubris brevibus.

Fructus sphæricus pomi aurantii magnitudine. Reliqua ut in charactere generico.

Habitat in Martinica. ♄. *Plumierius eam vidit, descripsit et delineavit. V. S. apud D. de Iussieu in herbario Surianensi n. n.* 205. 453.

615. Passiflora tomentosa. *Lam.* (Tab. CCLXXV. CCLXXVI.)

P. Foliis trilobis, serratis, tomentosis, petiolis glandulosis: corollæ tubo longissimo.

P. Foliis trilobis, serratis, tomentosis: petiolis glandulosis: calyce tubuloso. *Lam. Dict.* 29.

Murucuia flore longissimo tubuloso, purpureo: fructu ovato, molli; pulpa flava eduli, suave redolente: foliis tripartitis, vulgo Tacso. *Ios. de Iussieu herb. et icon.*

Caulis teres, tomentosus, quemadmodum et tota planta.

Folia triloba, serrata: petioli pollicares sex glandulis pedicellatis instructi: stipulæ falcatæ, altera parte acutæ, magnæ.

Flores solitarii, axillares, maximi; pedunculi crassi plusquam pollicares.

Calyx monophyllus tripartitus, laciniis acutis.

Corolla rosea: tubus cylindricus quinque pollices longus: limbus decempartitus, laciniis interioribus ovato-oblongis; exterioribus inferne fuscis, et versus apicem mucrone dorsali armatis. Faux glandulis stipata subsessilibus, coronarum loco.

Stipes longitudine tubi corollæ, basi pellicula cinctus brevi, quam inter et tubum alia amplior reperitur circularis non fimbriata.

Reliqua ut in charactere generico: attamen magna.

Fructus ovato-oblongus, mollis, cuius pulpa flava edulis.

Habitat in Peruvia: observata a Iosepho de Iussieu. ♄. *V. S. apud huius nepotem.*

Explicatio tabularum. Tab. CCLXXV. ramum sistit floridum: sequens vero plantæ fructificationem. *A* Flos integer magnitudine naturali. *a a* Calyx. *b* Tubus. *c* Stigmata. *d* Tubus sectus. *e* Filamentum cum anthera. *f g* Stigmata aucta. *h* Fructus. *i* Eiusdem sectio. *k* Semen.

Obs. I. *Membranulæ basim stipitis cingentes, tum et tuberculorum series circularis in fauce, haud improprie coronarum locum tenent.*

Obs. II. *In herbario Iussieuano iconem vidi, cuius folia sunt triloba, at minime dentata neque tomentosa: petioli item sunt eglandulosi; floresque paulo breviores quam in P. tomentosa, ipsi tamen similes. An speciem novam repræsentat? an potius prima dumtaxat lineamenta continet, quæ aliquando perficere sperabat Iosephus de Iussieu?*

Obs. III. *D. de Lamarck ad sequentem speciem retulit iconem et synonimiam Iosephi de Iussieu: quod vero ad hanc* P. tomentosam *illa pertineant, inspecto ramo sicco et dicta icone nullus inficiabitur.*

616. Passiflora Tacso. (Tab. CCLXXVII.)

P. Foliis quinquelobis, serratis, glabris, inferne reticulatis: corollæ tubo longissimo.

P. longiflora: foliis trilobis serratis, subtus venoso-reticulatis; tubo calycis longissimo. *Lam. Dict.* n.º 28.

P. mixta: foliis trifidis, serratis, floribus tubulosis: calycibus monophyllis. *Lin. sup. pag.* 408. *Smith. plant. icones* 25. *tab.* 25.

Caules glabri, angulosi, sulcis sæpe quinque notati.

Folia lata, quinquelobata, lobis serratis, lateralibus brevibus, superne glabra viridia; desuper albicantia, venoso-reticulata: petioli pollicares superiori pagina canaliculati, glandulisque sæpe sex pedicellatis ornati. Reliqua ut in præcedenti: at flores paulo breviores.

Habitat cum præcedenti. ♄. *Observata a Iosepho de Iussieu, et a D. Celestino Mutis. in nova Granata. V. S. apud D. de Iussieu.*

a Faux corollæ secta cum glandulis. *b* Basis tubi interne spectata.

Obs. *Mutisii planta, quam nuperrime incisam dedit laudatus Smithius ab hac mea unice differt defectu loborum lateralium in foliis: casu id evenire potest, et sæpe observatur in diversis eiusdem plantæ ramis. Hac ergo de caussa ut unam eamdemque speciem dedi.*

C. *calyculatæ, calyce triphyllo.*

* *foliis indivisis.*

617. Passiflora adulterina. *Lin. sup.* (Tab. CCLXXVIII.)

P. Foliis oblongo-ovalibus integris: floribus tubulosis. *Lin. sup. p.* 408. *Smith. plant. ic. p.* 24. *tab.* 24. *Lam. Dict.* n.º 11.

Caulis scandens, angulatus, passim lanuginosus.

Folia ovata, integra, margine revoluta, subdenticulata, venosa, supra glabra, subtus lanuginosa: stipulæ binæ, lineari-lanceolatæ, dentatæ, acutæ: cirrhi axillares, simplices, spirales, glabri.

Flores axillares, solitarii: pedunculi purpurei, teretes, glabri.

Calyx glaber deciduus (*an id casu? Cav.*) tubo multo brevior.

Corolla tubulosa, ut in Gardenia Thumbergia, persistens. (*an melius marcescens? Cav.*) Tubus longitudine digiti, subangulatus, glaber: limbus decapetalus (*verius dicerem decempartitus. Cav.*) petalis ovatis, concavis, infra apicem mucronatis: quinque exterioribus crassioribus: interioribus tenuioribus, magisque coloratis. Nectarium in fauce brevissimum.

Genitalium pedicellus longitudine tubi. Stamina prope germen inserta, patentia: antheræ incumbentes.

Styli tres divaricati: stigmata crassa.

Bacca ovata, maculata.

Habitat in nova Granata. Mutis. ♄.

Nullibi vidi hanc plantam. Quæ præcedunt et iconem ex Smithio mutuavi.

Explic. tab. *a* Flos integer. *b* Stipes cum genitalibus. *c* Faux corollæ expansa. *d* Calyx. *e* Fructus.

618. Passiflora serratifolia. *Lin.* (Tab. CCLXXIX.)

P. Foliis ovato-oblongis serrulatis: corolla calycem superante.

P. Foliis indivisis, ovatis, serratis. *Lin. Sp. pl. n°* 1. *amœn. Acad. fig.* 1. *Miller. Dict. n°* 18. *Iacq. hort. tab.* 10.

P. Foliis indivisis, ovato-oblongis, serrulatis; caule, petiolisque pilosis. *Lam. Dict. n°* 1.

Granadilla Sirinamensis, folio oblongo serrato. *Tournef.* 241.

Granadilla americana, folio oblongo, leviter serrato, petalis ex viridi rubescentibus. *Mart. Cent.* 36. *tab.* 36.

Caulis teres lignosus, altissime scandens, ramosus; ramis teneris levissime villosis.

Folia ovato-oblonga, acuminata, serrulata, glabra: petioli pollicares in quibus glandulæ quatuor: stipulæ lineares, acuminatæ.

Flores axillares, solitarii, suaveolentes: pedunculis folio brevioribus.

Calycis foliola ovato-acuminata: corolla multo breviora.

Corollæ tubus brevis: limbus decempartitus, laciniis oblongis, quarum quinque exteriores extus virent, intus albicant: interiores vero pallide purpurascunt. Coronæ tres: interior brevissima, basim stipitis cingens: media maior, filamentosa, connivens: exterior tandem maxima, corollæ subæqualis, composita ex filis basi saturate purpureis, media parte cœruleis, apice pallidis.

Fructus ovatus ovi gallinacei magnitudine. Reliqua ut in congeneribus.

Habitat Surinami. ♄. *V. V. Colitur in R. h. P. et apud D. S.t Germain Parisiis.*

619. Passiflora coccinea. *Aublet.* (Tab. CCLXXX.)

P. Foliis ovatis, serratis, subcordatis: calyce corollam superante.

P. Foliis cordatis, serratis, petiolatis, glandulosis: floribus coccineis; fructu flavo. *Aublet. Guian.* 828. *tab.* 324.

P. Foliis indivisis, cordatis, serratis, petiolis glandulosis. *Lam. Dict. n°* 6.

Caulis striatus, glaber, prælongus, ramosus.

Folia ovato-acuta serrata, serraturis rubris, subcordata, supra saturate viridia, subtus glauca, breviterque tomentosa, præsertim tenera: in petiolis glandulæ quatuor. Stipulæ acutæ, angustæ, subdentatæ: cirrhi crassi.

Flores axillares, solitarii: pedunculi crassi, petiolis triplo longioribus.

Calyx magnus, foliolis ovatis, serratis, tomento aurantio extus obductis.

Corollæ tubus brevissimus: limbus profunde decempartitus, laciniis quinque externis inferne lutescentibus, versus apicem mucronatis, superne coccineis, cuius coloris sunt laciniæ internæ. Coronæ tres: interna brevissima: media paulo longior connivens: exterior corolla dimidio brevior ex filis aureis composita.

Fructus: bacca ovata, lutea, edulis. Reliqua ut in præcedenti.

Habitat in Gallia æquinoxiali. ♄. *Reperit, delineavit, atque descripsit Aubletius. V. S. apud D. de Iussieu.*

620. Passiflora glandulosa. (Tab. CCLXXXI.)

P. Foliis ovatis, integerrimis, coriaceis: calycinis foliolis biglandulosis: corona omnium brevissima.

Caulis subteres, ramosus, glaber quemadmodum et tota planta.

Folia ovata, integerrima, coriacea: petioli breves biglandulosi: stipulæ brevissimæ: cirrhi axillares ubi non sunt flores, nulli in axillis floriferis.

Flores axillares, solitarii: pedunculi crassi, breves.

Calycis foliola subulata, basi biglandulosa.

Corollæ tubus fere pollicaris cylindricus: limbus decempartitus, laciniis ovato-lanceolatis: interiores sunt obtusæ et paulo breviores, coccineæ? (sic apparent in sicco): exteriores inferne fuscæ, et prope apicem dorso mucronatæ: ad laciniarum divisionem exstat annulus ruber, apice breviter fimbriatus, quem inter et corollam exsistit corona rubra ex filamentis semilineam longis: stipitis basim cingit membranula, qualem vidimus in *P. Tacso.*

Fructus ovi magnitudine et figura. Reliqua ut in præcedentibus.

Habitat in Caiena. ♄. *Reperit D. Stoupy. V. S.*

Explic. tab. *a* Calycis lacinia. *b* Flos integer. *c* Stipes intra tubum expansum. *d* Fructus.

Obs. *In herbario Caienæ D. de Iussieu exemplar vidi, in quo calycis foliola sunt ovata, basique pariter biglandulosa, quæ tamen dicente Stoupio ad hanc speciem pertinent: variat ergo magnitudine et figura calycis. Dicta foliola depinxi littera X.*

621. Passiflora mucronata. *Lam.* (Tab. CCLXXXII.)

P. Foliis indivisis, cordatis, obtusis, integerrimis: stipulis ovatis, aristato-mucronatis. *Lam. Dict. n°.* 4.

Caulis angulosus, teres, striatus, glaber ut et tota planta.

Folia ovata, coriacea, cordata, integerrima: petioli pollicares, biglandulosi: stipulæ lato-ovatæ, uninerviæ, nervo in mucronem desinente.

Flores axillares, solitarii: pedunculis crassis, bipollicaribus.

Calycis foliola lanceolata, crenata, pollicaria.

Corollæ tubus brevis, hemisphæricus: limbus profunde decempartitus, albicans (in sicco) laciniis exterioribus inferne fuscis, apice cuspidatis. Coronæ duæ, altera ad laciniarum corollæ divisionem ex filis composita trium aut quatuor linearum longitudinis; altera brevior in tubi interna superficie.

Fructus deerat in exemplaribus. Reliqua ut in congeneribus.

Habitat in Brasilia. ♄. *Reperit Commersonius. V. S. communicatam a D. Thouin.*

622. Passiflora quadrangularis. *Iacq.* (Tab. CCLXXXIII.)

P. Foliis indivisis, subcordatis, integerrimis; petiolis sexglandulosis: caule membranaceo tetragono. *Lin. Systh. veg. edit.* 13. *p.* 821. *Iacq. Americ. pict. tab.* 218. *Lam. Dict. n°.* 8.

P. Foliis amplioribus cordatis, petiolis glandulis sex notatis: caule quadrigono alato. *Brown Iam. 2. pag.* 327.

Caules lignosi, ramosi, tetragoni, longissime scandentes.

Folia fere semipedalia, lato-ovata, acuta, integerrima, glabra, uninervia subcordata: petioli pollicares, crassi, quatuor aut sex glandulis albido-luteis ornati: stipulæ ovatæ, pollicares, integerrimæ, acutæ: cirrhi longi, crassi, spirales.

Flores magni, axillares, solitarii, odoratissimi: pedunculi crassi pollicares.

Calycis foliola ovata, integra.

Corolla decempartita: laciniis inferioribus extus viridibus, apiceque mucronatis, intus purpurascentibus: reliquis quinque roseis. Corona exterior magna composita ex filis arcuato-erectis; crassis, zonisque fuscis variegatis.

Fructus melopeponis magnitudine. Reliqua ut in præcedentibus.

Habitat in Caribæis. ♄. *V. V. in R. h. Parisiensi.*

Obs. I. *Hæc species et P. laurifolia paucorum mensium spatio mirandum in modum crescunt, pergulas amplas atque densissimas efformant, suo tempore floribus, fructibusque mirandas; quas venenati serpentes pro habitaculis eligunt, quo commodius, certiusque sibi escas captent, glires scilicet, qui passifloræ fructus caussa, turmatim conveniunt.*

Obs. II. *Hæc species colitur in hortis Caribæis atque continentis Americæ, ubi fructus in deliciis habentur: hi sunt ovati, nitidi, luteo-virentes magnitudine varii: corticem habent spongiosum, digiti crassitie, insulsum: at pulpa est succulenta saporis dulcis et aciduli, gratissima, et valde refrigerans: saccharo sæpe conditur.*

Hispane appellatur Tumbo.

623. Passiflora laurifolia. *Lin.* (Tab. CCLXXXIV.)

P. Foliis indivisis, ovatis, integerrimis: petiolis biglandulosis: involucris dentatis. *Linn. Spec. pl. n°.* 7. *amœnit. f.* 6. *Mill. Dict. n°.* 16. *Iacq. Americ. pict.* 112. *tab.* 219. *hort. II. pag.* 76. *tab.* 162. *Lam. Dict. n°.* 9.

Granadilla fructu citriformi, foliis oblongis. *Tournef.* 241.

Clematis indica; fructu citriformi: foliis oblongis. *Plum. Amer.* 64. *tab.* 80. *Petiv. tab.* 114. *fig.* 1.

Pass. arborea, laurinis foliis, americana. *Pluk. Alm.* 282. *tab.* 211. *f.* 3.

Marquiaas. Merian. *Surin.* 21. *tab.* 21.

Caules lignosi, longissimi, ramosi; ramis teretibus.

Folia ovato-oblonga, integerrima, nitida, coriacea: petioli biglandulosi: stipulæ angustæ, acutæ: cirrhi crassi.

Flores axillares, solitarii: pedunculi sexquipollicares.

Calycis foliola ovato-acuta, parce dentata.

Corolla, et genitalia ut in præcedenti, at paulo minora.

Fructus ovatus tripollicaris, cortice luteo, coriaceo, molli tectus, ex quo per foramen cultro, vel morsu factum, compressionis ope exsugitur una cum seminibus contentis pulpa ex aqueo-alba, dulcis, sapidissima.

Habitat in Caribæis. ♄. *V. V. in Reg. horto vulgo* Belle Vue.

624. PASSIFLORA MALIFORMIS. *Lin.*

P. Foliis indivisis, cordato-oblongis, integerrimis: petiolis biglandulosis: involucris integerrimis. *Lin. Sp. pl. n°* 5. *amœn. Acad. f.* 5. *Mill. Dict. n°* 15. *Lam. Dict. n°* 7.

Granadilla latifolia, fructu maliformi. *Tournef.* 241.

Clematis indica latifolia, flore clavato: fructu maliformi. *Plum. Amer.* 67. *tab.* 82. *Petiv. Gaz. tab.* 114. *f.* 3.

Caulis lignosus, ramosus, longissime scandens.

Folia magna, semipedalia, cordato-oblonga: petioli biglandulosi: stipulæ ovato-lanceolatæ.

Flores axillares, solitarii.

Calycis foliola magna, ovato-acuta, dilute rubra, venisque saturatioribus variegata.

Fructus globulosus, apice non nihil cavus, mali vulgaris magnitudine.

Habitat in insula Sancti Dominici. ♄. *Observata, descripta, et delineata a Plumierio. Planta mihi ignota.*

625. PASSIFLORA TILIÆFOLIA. *Lin.* (Tab. CCLXXXV.)

P. Foliis indivisis, cordatis, acutis, integerrimis: petiolis nudis: stipulis ovato-acutis. *Lam. Dict. n°* 5.

P. Foliis indivisis, cordatis, integerrimis: petiolis æqualibus. *Lin. Sp. pl. n°* 4. *amœn. Acad. f.* 4.

Granadilla pomifera, Tiliæfolio. *Feuillé tom. II. p.* 720. *tab.* 12.

Radix ramosa obliqua, ex qua caulis semipollicem crassus exsurgit prælongus, ramosus.

Folia cordata, orbiculato-acuta, inferne reticulato-venosa: stipulæ ovato-acutæ.

Flores axillares, solitarii.

Calycis foliola ovato-obtusa, concava.

Fructus diameter duorum pollicum cum dimidio.

Habitat in Peruvia. ♄. *Observata, delineata, et descripta a P. Ludovico Feuillé.*

** *foliis lobatis.*

626. PASSIFLORA ROTUNDIFOLIA. *Lin.* (Tab. CCXC.)

P. Foliis subtrilobis, obtusis, subrotundis; subtus punctatis. *Lin. Spec. pl. n°* 15. *Iacq. Observ. bot. II. p.* 26. *tab.* 46. *f.* 1. *Lam. Dict. n°* 19.

Granadilla folio hederaceo; flore albo; fructu globoso, villoso. *Plum. sp.* 6. *Burm. Amer. tab.* 138. *f.* 1.

Caules sulcati, flexuosi, ramosi.

Folia orbiculata, parte superiore obtuse triloba, trinervia, nervis in setulam desinentibus; supra viridia, desuper tomentosa, punctisque rubris notata, quæ nervis lateralibus sunt parallela: petioli eglandulosi fere pollicares: stipulæ breves.

Flores bini, axillares; capitula villosa.

Calyx ex tribus setulis brevissimis: iuxta Iacquinum ex tribus foliolis ovatis, concavis parvis.

Corolla alba, decemfida, patens; laciniis ovatis, interioribus brevioribus. Coronæ duæ: interior brevis: exterior ex filis crassis corolla brevioribus.
Fructus: bacca globosa villosa, pollicis diametri. Reliqua ut in congeneribus.
Habitat passim in sylvis continentis Americæ atque in Antillis. ♄. *V. S. apud D. de Iussieu in herb. Surianense n. n.* 217. 954. 964.

627. PASSIFLORA ORBICULATA. (Tab. CCLXXXVI.)
P. Foliis orbiculato-subtrilobis: tubo conico stipitem laxe vaginante.
Caulis striatus, teres.
Folia orbiculata, superne subtriloba, trinervia; punctis lutescentibus ad nervos laterales interne parallelis: petioli eglandulosi, breves, contorti, cirrhorum loco: stipulæ capillares: cirrhi rari, iique breves, decidui.
Flores axillares, bini, longi, articulati.
Calyx in pedunculorum articulis, ex tribus foliolis compositus, longis, acutissimis.
Corollæ tubus hemisphæricus, decemstriatus: limbus plusquam bipollicaris, profundissime partitus in quinque lacinias coccineas, oblongas, æquales, e quarum centro exsurgit tubus conicus fere pollicaris: corona nulla.
Stipes filiformis e fundo corollæ enascitur prælongus, in cuius apice sunt posita genitalia ut in cæteris speciebus.
Fructus .... deerat.
Habitat in insula Sancti Dominici. ♄. *V. S. unicum exemplar apud D. Thouin.*
Obs. *Species affinis sequenti, a qua differt foliorum figura, et corolla quinquepartita: utraque cum* aurantia *distinguuntur ab omnibus reliquis tubo conico erecto stipitem vaginante, coronarum loco.*

628. 601. PASSIFLORA MURUCUIA. *Lin.* (Tab. CCLXXXVII.)
P. Foliis bilobis, obtusis, subtus punctatis: corollis decemfidis corona nulla.
P. Foliis bilobis, obtusis, basi indivisis; nectariis monophyllis. *Lin. Spec. pl. n°.* 12. *amœnit. Acad. f.* 10.
Clematis indica, flore puniceo, folio lunato. *Plum. Amer.* 72. *tab.* 87.
Murucuia folio lunato. *Tournef. inst.* 241.
P. Foliis bilobis, obtusis, basi indivisis, subtus punctatis, corona floris tubulosa. *Lam. Dict. n°.* 18.
Caulis teres, gracilis, longissime scandens.
Folia biloba, lobis obtusis divaricatis, papilionis alas referentibus, subcordata, trinervia, ad nervos laterales punctis ornata, glabra, atque sustentata petiolis brevibus eglandulosis: stipulæ capillares: cirrhi rubri.
Flores solitarii, longe pedunculati.
Calyx in media pedunculi longitudine ex tribus foliolis angustis, longis, acutissimis.
Corolla coccinea, basi hemisphærica, decemsulcata, deinde cylindrica, atque decempartita, laciniis exterioribus latioribus, trilineatis; interioribus angustioribus: e fundo floris membranula adsurgit conica truncata, coccinea, corollæ tubo adnata, stipitem vaginans: hic est longissimus, cuius basim

ambiunt sulci decem lutei, atque membranula circularis lineam alta.

Genitalia ut in præcedenti.

Fructus olivæ magnitudine, violaceus, farctus pulpa ex qua succus exprimitur violaceus. Semina nigra.

Habitat cum præcedenti. Floret per totum annum, præcipue tamen martio et aprili. ♄. *V. S. apud D. de Iussieu.*

Explic. tab. *a* Flos integer. *b* Stipitis pars cum tubo expanso.

Obs. I. *Plumierius dixit, pedunculum sensim augeri, ita ut duplo longior sit fructu maturo, quam tempore inflorescentiæ.*

Obs. II. *Varietatem vidi apud D. de Iussieu, quam sistit lateralis figura X, quæ a præcedenti differt foliis obtuse trilobis basi rotundatis; quam innuit D. de Lamarck varietate β loco supra citato.*

629. Passiflora aurantia. *Forster.*

P. Foliis trilobis, obtusis, lobo medio longiore: petiolis biglandulosis: tubo vaginante dentato.

P. aurantia. *Forster prodrom.* 326.

Caulis sulcatus, glaber.

Folia lata, triloba, lobis obtusis, medio longiore, prope laterales externe lobuli utrinque solitarii: petiolus folio brevior, pollicaris, et prope folium biglandulosus: stipulæ .... cirrhi rubentes.

Calyx ex tribus setulis brevibus coloratis.

Corolla in sicco rubescens, laciniis oblongis. Coronæ nullæ, in quarum loco membranula tubulosa ut in præcedentibus, at apice dentata.

Reliqua ut in præcedenti. Fructus deerat.

V. S. communicatam a D. Iacquino.

Obs. *Huius plantæ tabula desideratur, quia exemplar possideo exsiccatione deformatum.*

630. Passiflora biflora. *Lam.* (Tab. CCLXXXVIII.)

P. Foliis bilobis, semilunatis, obtusis, glabris, subtus punctatis: caule quinqueangulo: axillis bifloris. *Lamarck Dict. n°.* 15.

Granadilla folio lunato, flore parvo albo: fructu succulento ovato houstoni. *Martyn. dec.* 5. *p.* 52. *tab.* 52.

Caulis profunde quinquesulcatus, glaber, sarmentosus.

Folia biloba, lobis obtusis divaricatis, trinervia, nervo medio in setulam terminato; glabra, saturate viridia: petioli breves, eglandulosi: stipulæ lanceolatæ, acutæ, breves: cirrhi tenues.

Flores axillares, gemini; pedunculis pollicaribus erectis, prope medium annulatis.

Calycis foliola brevia, acuta, in pedunculorum annulis seu articulis.

Corollæ tubus brevis basi externe concavus, decemgibbus: limbus decempartitus, albicans, laciniis ovatis, exterioribus paulo longioribus, inferneque viridibus. Coronæ tres: interior ex lamellis brevibus, albicantibus, erectis; media capillaris paulo longior; exterior lutea, radiis clavatis, longitudine fere corollæ.

Stipes luteus. Reliqua ut in Passiflora punctata.

Habitat in America. ♄. V. V. in R. h. Paris. Flores protulit mensibus iulio, augusto, septembri; nullum fructum.

Explic. tab. *a* Capitulum. *b* Flos integer. *c* Genitalia. *d* Calyx. *D* Idem auctus.

631. Passiflora fœtida. *Lin.* (Tab. CCLXXXIX.)

P. Foliis trilobis, cordatis, pilosis; involucris multifido-capillaribus. *Lin. Sp. pl.* n°. 22. *amœn. Acad. fig.* 17. *Mill. Dict.* n°. 7. *Giseck. icon. fasc.* 1. *t.* 20. *Lam. Dict.* n°. 24.

Granadilla fœtida, folio tricuspidi, villoso, flore albo (et purpureo variegato.) *Tournef.* 240. *et* 241.

Clematis indica, hirsuta, fœtida. *Plum. Amer.* 71. *tab.* 86. *Petiv. Gaz. tab.* 113. *f.* 4.

Flos passionis albus reticulatus. *Herm. par.* 173. *tab.* 173.

P. non crenata americana, triphylla? *Pluk. Alm.* 282. *tab.* 212. *fig.* 1.

β P. vesiccaria hederacea, foliis lanuginosis, odore tetro. *Pluk. Alm.* 382. *tab.* 104. *f.* 1.

Murucuia vesiccaria lanuginosa, odoris gravis. *Margr. Bras.* 73. *hist.* 651.

Caulis herbaceus, teres, striatus, villosus, scandens, ramosus, fœtorem spirans ut et tota planta.

Folia mollissima, utrinque valde villosa, cordata, triloba, lobo medio multoties longiore; limbo glandulosa, glandulis minimis in extremitate pilorum: petioli breves eglandulosi, at villosi ut et tota planta: stipulæ ciliatæ (in Plumeriana planta maiores et veluti lunato-dentatæ) cirrhi longi.

Flores solitarii, pedunculis petiolo longioribus.

Calycis foliola viridia, bipinnata; laciniis capillaribus, apice glanduliferis: illa crescunt floribus emarcidis, fructumque tegunt; omnino similia illis quæ observantur in Nigella Damascena.

Corollæ tubus brevis, cavus; limbus decempartitus, albus, laciniis ovatis, exterioribus inferne viridibus, et prope apicem dorso mucronatis. Coronæ quatuor; duo interiores monophyllæ membranaceæ, plicatæ, albæ; media capillaris, brevis; exterior corolla brevior ex filis albicantibus apice luteis.

Stipes viridis: germen albido-tomentosum.

Fructus: bacca, calyce cancellata, ovata, basi et apice nonnihil compressa, viridis, sex sulcis notata: cortex tenuissimus: pulpa alba mucosa: semina nigra, compressa, oblonga.

Habitat in Antillis. ⊙. V. V. in R. h. Paris. Floret a mense iulio, ad ultimum septembrem: fructus octobri maturat.

Explic. tab. *a* Flos integer. *b* Genitalia stipata coronis. *c* Calycis foliolum. *d* Fructus calyce cancellatus. *e* Idem absque calyce basi gerens stamina emarcida. *f* Huius sectio. *g* Semen vesicca tectum. *h* Idem nudum.

Obs. *In Peruvia crescit planta quam vivam vidi in R. h. Matritensi, siccamque in herbario Dombeyano, quæ ab hac nostra differt foliis valde tomentosis, tomento rufo. Huic convenire credo synonimias littera β notatas.*

Obs. *In mea tabula omnia sunt magnitudinis naturalis, qualia Parisiis vidi; in America tamen dicente Plumierio sunt multo maiora.*

632. Passiflora hibiscifolia. *Lamarck.*

P. Foliis trifidis, cordatis, undato-dentatis glabris: lobis lateralibus lobatis; involucro multifido. *Lam. Dict. n°.* 25.

Hæc species adeo est præcedenti similis flore, fructu, calyce, ut eiusdem varietatem crederem: auctoritate tamen D. de Lamarck ut seiunctam scribo. Est ergo fere glabra; caulisque herbaceus, pilulis aliquot. Folia cordata et profundius in tres lobos partita quam in præcedente, quorum limbus pilis brevibus instruitur. In reliquis omnino eadem cum P. fœtida.

Habitat in Antillis. V. V. in R. h. P. ⊙.

633. Passiflora holosericea. *Lin.* (Tab. CCXCI.)

P. Foliis trilobis tomentosis: basi utrinque denticulo reflexo. *Lin. Spec. plant. n°.* 20. *amœn. Acad. f.* 15. *Mill. Dict. n°.* 9. *Lam. Dict. n°.* 23.

P. Foliis cordato-trilobis integerrimis: basi utrinque denticulo reflexo. *Hort. Cliffort.* 432.

Granadilla folio hastato holosericeo; petalis candicantibus, fimbriis ex purpureo et luteo variis. *Mart. Cent.* 51. *tab.* 51.

Caulis sarmentosus, lignosus, teres, scandens, ramosus: ramis tomentosis, ut et tota planta.

Folia glauca, triloba, lobis obtusis, medio longiore, trinervia, nervis in setulam desinentibus: instructa basi utrinque denticulo arcuato: petioli folio breviores, biglandulosi: stipulæ setaceæ, fuscæ: cirrhi graciles.

Flores axillares, pedunculati; pedunculis binis tri- aut plurifloris: flos quilibet ad bracteam axillaris.

Calyx ex tribus setulis, mollibus, deciduis.

Corolla decemfida, laciniis subæqualibus, obtusis: quarum quinque inferiores sunt externe tomentosæ, fuscæ; interne albicantes, tuberculisque innumeris purpurascentibus variegatæ, qui utique conspiciuntur in utraque pagina laciniam superiorum. Coronæ tres; interior versus stipitem connivens; media suberecta brevissima; exterior ex filis purpurascentibus, latiusculis, corolla paulo brevioribus.

Stipes purpureus: germen tomentosum. Reliqua ut in congeneribus.

Fructum non vidi.

Habitat in Veracruce. ♄. *V. V. in R. h. Parisiensi.*

634. Passiflora serrulata. *Iacq.*

P. Foliis trilobis serrulatis: petiolis in medio biglandulosis. *Iacq. obser. par.* 2. *tab.* 46. *fig.* 2.

Folia triloba, lobo medio longiore, lateralibus obtusioribus, dense serrata, glabra: glandulæ duæ concavæ alternatim medietatem petioli occupant: cirrhi axillares.

Calycis foliola integra, virentia.

Corolla purpureo-alba, diametri duorum pollicum cum dimidio; cuius odor suavis et gratus.

Habitat in Carthagenæ sylvis. Hæc omnia ex Iacquino desumpsi.

Obs. *Foliorum figura ad* P. suberosam *accedit, quare abunde differt hæc planta*

a P. incarnata *Linnæi : a* suberosa *vero diversa est, quia et calyce gaudet et corolla multoties maiore.*

635. Passiflora cuneifolia. (Tab. CCXCII.)

P. Foliis trilobis, serratis, basi cuneatis, biglandulosis: calycis foliolis ovatis: corona brevi.

Caulis striatus, ramosus, glaber, ut et tota planta.

Folia triloba, lobis serratis, acutis, basi cuneiformia, ibique in summitate petioli pollicaris biglandulosa : stipulæ capillares setaceæ.

Flores axillares, solitarii, pedunculis elongatis, folio brevioribus.

Calycis foliola ovata, concava, integerrima (fig. lit. b.)

Corolla tripollicaris, decemfida, dilute purpurea, laciniis subæqualibus; exterioribus dorso mucronatis. Coronæ tres; interior brevissima membranulam referens; media versus stipitem connivens, capillaris, lineam longa: exterior rubescens, filamentosa, corolla triplo brevior.

Reliqua ut in P. Cœrulea n. 638. Fructus deerat.

Habitat in America. ♄. *V. S. apud D. Thouin.*

Obs. *Quamquam sequenti affinis videatur hæc species, nihilominus ab ea differt calycinis filiolis ovatis, integris, magnis, eglandulosis; et corona breviore.*

636. Passiflora incarnata. *Lin.* (Tab. CCXCIII.)

P. Foliis trilobis serratis, basi biglandulosis; foliolis calycinis acutis crenulatis glandulosis.

P. Foliis trilobis serratis. *Lin. Spec. pl. n°.* 23. *Hort. Upsal.* 278. *Gron. Virg.* 140. *Mill. Dict. n°.* 1. *Lamarck. Dict. n°.* 30. *Iacq. col.* 1. *pag.* 107. *Icon. rar. tom. I. tab.* 187.

Granadilla hispanis, flos passionis italis. *Tournef.* 240.

Clematis trifolia, flore roseo clavato. *Bauh. pin.* 301.

Murucuia maliformis alia. *Marg. Bras.* 71. *Murucuia* 3. *Pis. Bras.* 249.

Clematis trifolia, vel flos passionalis, flore viridi. *Moris. hist.* 2. *p.* 6. *sect.* 1. *tab.* 1. *f.* 9.

Caulis teres, ramosus, glaber.

Folia profunde triloba, lobis ovato-acutis, serratis; exterioribus prope basim terminatis antequam petiolum biglandulosum attingant : stipulæ subulatæ.

Flores axillares solitarii, raro bini.

Calycis foliola parva, acuta, crenulata, margine immo glandulosa.

Corolla magna decempartita; laciniis exterioribus subtus viridibus, mucrone dorsali, supra dilute violaceis; interioribus rubicundis quandoque dilute cœruleis. Coronæ tres; duæ interiores breves rubescentes : exterior corolla paulo longior, ex filamentis composita subcœruleis, quæ zonis variegantur.

Fructus ovatus, quandoque globosus ovo gallinaceo maior. Reliqua ut in sequenti.

Habitat in Antillis. ♃. *V. V. in R. h. Paris. Exemplar siccum communicavit D. Iacquin.*

637. Passiflora filamentosa. (Tab. CCXCIV.)

P. Foliis quinquelobis serrulatis ; lobis inferioribus brevioribus : coronis quinque.

Caulis teres, fruticosus, glaber longissimus.

Folia profunde lobata, lobo medio longissimo, inferioribus brevibus, serratis, serraturis infimis glandulosis; petioli plusquam pollicares, ultra medium glandulis duabus alternis : stipulæ lanceolatæ, breves, altera parte serratæ.

Flores axillares, solitarii, raro bini: pedunculi folio breviores.

Calycis foliola obovata, serrulata, quorum quodlibet instruitur prope basim duobus dentibus, apice glandulosis.

Corolla bipollicaris, decempartita, laciniis æqualibus, albis; quinque exterioribus subtus viridibus, apice mucronatis. Coronæ quinque; duæ interiores breves, incarnatæ, erecto patulæ; duæ exteriores corolla longiores, æquales, patentissimæ, filamentis cœruleis, apice albicantibus; media tandem saturate cœrulea brevior.

Germen globosum pubescens: styli virides, punctis fuscis variegati : stigmata emarginata.

Fructus pendulus, sphæricus, glaberrimus, pomi magnitudine; sex sulcis aut lineis notatus : cortex tenuis : pulpa alba, carnoso-mucosa.

Habitat in America. Colui in horto Issy Exc. Ducis ab Infantado.

Explic. tabulæ. *a* Capitulum. *b* Flos. *c* Stipula. *d* Calycis foliolum. *e* Fructus. *f* Eiusdem sectio. *g* Semen sacculo inclusum. *h* Idem nudum.

638. Passiflora cœrulea. *Lin.* (Tab. CCXCV.)

P. Foliis palmatis integerrimis : stipulis lunaribus integris, aristatis. *Lamarck Dict. n.º* 33.

P. Foliis palmatis integerrimis. *Lin. Spec. pl. n.º* 24. *amœn. Acad. f.* 20. *Hort. Ups.* 278. *Gouan. Mansp.* 476. *Mill. Dict. n.º* 2. *et illustrat.* 350.

P. Foliis palmatis quinquepartitis integerrimis, involucris cordatis triphyllis. *Hort. Clif.* 432.

Granadilla polyphyllos, fructu ovato. *Tournef.* 241.

Granadilla pentaphyllos, flore cœruleo magno. *Boerh. lugd.* 1. *pag.* 81. *Duham. arb.* 1. *p.* 272. *tab.* 107.

Flos passionis maior pentaphyllus. *Sloan. Iam. hist.* 1. *p.* 229. *Rai suppl.* 339.

Clematis quinquefolia americana, vel flos passionis. *Rob. ic. ex Lin.*

Granadilla indica scandens, et semper virens. *Sabb. hort.* 4. *t.* 70.

Caulis striatus, ramosus 60 et amplius pedes longus.

Folia digitata, digitationibus quinque oblongis, setula terminatis; supra saturate viridia, desuper glauca: petioli pollicares, in quibus glandulæ quatuor pedicellatæ, sæpe oppositæ : stipulæ lunato-falcatæ, limbo anguloso, terminatæ apice setula duas lineas longa : cirrhi crassi.

Flores axillares ad latus cirrhi, solitarii, magni.

Calycis foliola glauca, cordato-ovata integerrima.

Corolla patentissima; tubus brevis, hemisphæricus : limbus decempartitus, albus; laciniis exterioribus subtus viridibus, apice mucronatis. Coronæ

tres: interior erecta, basi alba, postea purpurascens, atque versus stipitem connivens; media brevissima, cuius setulæ virides erectæ, terminatæ glandula nigra globosa: exterior pollicem longa, cuius lacinulæ, crassæ, nigricantes, versus apicem cœruleæ.

Stipes crassus, flavescens, brevis: filamenta viridia compressa: antheræ virides: pollen flavum.

Germen ovatum viride: styli nigricantes: stigmata globosa.

Fructus ovato-oblongus glaber, lutescens.

Habitat in Brasilia. ♄. *V. V. Colitur passim in hortis.*

639. Passiflora pedata. *Lin.*

P. Foliis pedatis serratis. *Lin. Spec. pl. n°.* 26. *amœn. Acad. f.* 22. *Lam. Dict. n°.* 35.

Granadilla polyphyllos flore crispo. *Tournef.* 241.

Clematis indica alia polyphylla, flore crispato. *Plumier. Amer. 66. tab.* 81. *Rai. suppl.* 341. *Petiv. Gaz. tab.* 114. *f.* 4.

Caules angulosi.

Folia pedata: petiolus bipollicaris biglandulosus partitur in tres partes quarum media lobum ovatum sustinet utrinque acutum; duæ laterales terminantur lobis tribus inæqualibus; omnibus dentatis.

Flores axillares, solitarii.

Calycis foliola ovata, dentato-fimbriata.

Corolla decempartita laniciis ovato-obtusis. Coronæ fimbriæ numerosæ, corollæ subæquales, maculis notatæ saturate rubris, alternatim cum zonis albicantibus.

Fructus pomi magnitudinis et figuræ. Reliqua ut in præcedentibus.

Habitat in insula Sancti Dominici. ♄. *Reperta a Plumierio, qui dixit in citato loco hanc speciem cæteras superare florum magnitudine, colorum varietate, atque pulchritudine.*

D. *Plantæ mihi ignotæ; calycis exsistentia dubia.*

640. Passiflora heterophylla. *Lin.*

P. Foliis inferioribus indivisis, lanceolatis, subsessilibus; superioribus pedato-laciniatis: cirrho nullo. *Lam. Dict. n°.* 32.

Granadilla heterophylla flore albo. *Plum. sp.* 7. *mss. vol.* 2. *tab.* 21.

Pas. foliis integerrimis lanceolatis. *Burm. Am. tab.* 139. *f.* 1.

Granadilla folio vario. *Tournef.* 241.

Radix crassa, napiformis, ramosa, fibrosa.

Caules graciles, longissimi, cirrhis orbati: (saltem in tabulis supra laudatis.)

Folia inferiora glabra, anguste lanceolata, longa, saliciformia, subsessilia: media subpetiolata, atque profundissime tripartita, lobis longis, acutis, lanceolatis: superiora pedata multilobata, lobis obtusis.

Flores solitarii, axillares.

Corolla albido-lutescens decempartita, laciniis inferioribus longioribus.

Fructus ovatus, olivæformis, violaceo-niger.

Habitat in insula Sancti Dominici. Plumierius reperit.

641. PASSIFLORA PERFOLIATA. *Lin.*
P. Foliis bilobis, oblongis, transversis, amplexicaulibus, petiolatis, subtus punctatis. *Lin. Sp. pl. n°. 9. amœn. Acad. f.* 8. *Lam. Dict. n°.* 12.
P. Murucuia. *Mill. Dict. n°.* 14?
Flos passionis perfoliatus, vel periclymini perfoliati folio. *Sloan. Iam. hist.* 1. *p.* 230. *tab.* 142. *f.* 3. 4.
Caules sarmentosi, teretes, rubentes.
Flores purpurei.
Habitat in Mexico et in Iamaicæ sylvis saxosis.

642. PASSIFLORA NORMALIS. *Lin.*
P. Foliis bilobis basi emarginatis; lobis linearibus obtusis divaricatis: intermedio obsolete mucronato. *Lin. Sp. pl. n°.* 11. *Mill. Dict. n°.* 12. *Lam. Dict. n°.* 16.
P. Foliis trilobis: cruribus angustis oblongis; intermedio fere obsoleto. *Brown Iam.* 328.
Coanenepilli, vel contraierba. *Hernan. Mexi. p.* 301.
Habitat in America meridionali.
Obs. *Folia lobis angulo recto divaricatis. Petioli eglandulosi. Lin.*

643. PASSIFLORA STIPULATA. *Aublet.*
P. Foliis trilobis integerrimis; petiolis glandulosis; stipulis latis, oblongis, inferne productis. *Aublet. Guian.* 830. *tab.* 325. *Lam. Dict. n°.* 27.
Caules cylindrici. Folia triloba, lobis ovatis, apice acutis, glabra subcordata: petioli longi glandulis pluribus instructi: stipulæ longæ utraque extremitate acutæ; affixæque cauli media ipsarum longitudine.
Obs. *Consulatur observatio secunda ad P. tomentosam n°.* 615.

Finis decimæ Dissertationis atque totius operis.

INDEX GENERUM TOTIUS OPERIS.

* Genus novum e solanacea familia quod reperietur post secundam Dissertationem.

Obs. qui huius operis species omnes velit ordine debito collocare, et genera tradita et mantissas videat paginis 48. 271. 349.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



GRANADILLA MINIMA. Tab. CCLXVI.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

PASSIFLORA PUNCTATA. Tab. CCLXIX.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*

PASSIFLORA LONGIFOLIA. Tab. CCLXX.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*


HISTORY

PASSIFLORA VESPERTILIO. Tab. CCLXXI.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*

PASSIFLORA MULTIFLORA. Tab. CCLXXII.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



PASSIFLORA PELTATA. Tab. CCLXXIV.




A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

PASSIFLORÆ TOMENTOSÆ FRUCTIFICATIO. Tab. CCLXXVI.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



PASSIFLORA ADULTERINA. Tab. CCLXXVIII.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*

PASSIFLORA SERRATIFOLIA. Tab. CCLXXIX.



A. J. Cavanilles del. *Selher sculp.*






A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

PASSIFLORA GLANDULOSA. Tab. CCLXXXI.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



PASSIFLORA MUCRONATA



A. J. Cavanilles del

Sellier sculp


NATURAL HISTORY

PASSIFLORA QUADRANGULARIS. Tab. CCLXXXIII.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*


NATURAL HISTO

PASSIFLORA LAURIFOLIA

Tab. CCLXXXIV.



A. J. Cavanilles del.

Sellier sculp.



PASSIFLORA TILIÆFOLIA. Tab. CCLXXXV.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

PASSIFLORA ORBICULATA. Tab. CCLXXXVI.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. *Selher sculp.*



PASSIFLORA BIFLORA. Tab. CCLXXXVIII.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.

PASSIFLORA FŒTIDA. Tab. CCLXXXIX.



A. J. Cavanilles del. Selher sculp.





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. *Sellier sculp.*





A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



A. J. Cavanilles del. Sellier sculp.



